Dietari de Puigcerdá

AMB SA VEGUERIA DE CERDANYA I SOTSVEGUERIA DE VALL DE RIBES

PEL

Dr. Jaume Martí Sanjaume, Prev.

Vol. I

APENDIX: a. 815-1300

1928 :: IMPREMTA MARIANA :: LLEIDA

9203-48660

DIETARI

DE

PUIGCERDÁ

AMB SA VEGUERIA DE CERDANYA
I SOTS VEGUERIA DE VALL DE RIBES

PEL

Dr. Jaume Martí Sanjaume, Prev.



GENERALITAT DE CATALUNYA
SERVEI DE BIBLIOTEQUES
Biblioteca
"Angel Guimerà"
MATADEPERA

VOL. I

APENDIX: a. 815-1300

94
R. 9902

LLEIDA
IMPREMTA MARIANA
1928

Biblioteca "Comtat de Cerdanya"
Puigcerdá

GRAVATS

A la portada: Escut de Puigcerdá.
Pág. 635: Monestir de Predicadors.
» 645: Segell del bisbe Guillem O. P.
» 647: Portal de l'esglesia de Predicadors.
» 669: Sepultura de Ramón d'Urg.
» 671: Nouerint universi. El Calvari (Ll. v.)
» 675: Els Pasquers.
» 681: Quoniam humane. Sta. María de Puigcerdá (Llibre vert).
» 683: Quoniam humane. Segell de Puigcerdá (Trasllat Ll. v.)
A la última cara de la coberta: Escut gran de Puigcerdá.

APENDIX I: pág. 109 n.º 96

28 juliol 815. S. Esteve d'Umfret: Monestir.

Fredelai aut Fredoli comitis Urgellensis et Ceritanensis donatio ad domum S. Saturnini ordinis S. Benedicti, anno DCCCXV.

666.—In Dei nomine. Ego Fredelaus comes plebi notum facimus presentibus et futuris, quod in elemosina domini nostri Ludovici, et proles ejus, in beneficium quod accepi, hedificavi cellulam in confinio Ceritaniæ, in honore S. Stephani, et S. Ilarii, dictavique eam de meas opibus. Nunc autem inclinavi cor ad facienda iustificationem eternam. Et ideo iam dictus ego Fredelaus comes, unâ cum consensu et adiutorio domini Possedoni episcopi, dono ad domum S. Saturnini cenobii, qui amb antiquo est fundatus in pago Urgellitano, supra dictam ecclesiam S. Stephani et S. Ilarii, cum decimis et primitiis, et fidelium oblationibus, simulque cum decimis et primitiis, et oblationibus, de villa Sogra mortua, et cum casas, et casalibus, ortis, ortalibus, terris, et vineis, cultis et erimis, pratis, paschuis, silvis, garriciis, fontanulis, aquis aquarum, cumeorum decursibus, atque pischationibus, molindinis, molindinaribus, arboribus genere diversis, cum omni genere petrarum, vie euntibus, et redeuntibus, omnia et in omnibus. Dono a..... terminos atque affrontationes ad iam dictam cellulam sancti Stephani, et S. Ilarii, a parte orientis in ipso lungente, qui est subtus villa, que vocant Sogra mortua, sicque ascendit per ipsa coma Durinilega usque in ipsa Pia, descenditque per ipsa strata pública serrana usque in Rive fred, conjungitque ad ipsas Cruces fixas, ascenditque per ipsa Chera usque in cacumine montis que vocant Laguna, parvaditque per sumitates ipsius montis, et usque in Chera de Vuela, et usque in Rivo matrice, pervenitque usque in

supra dicto lungente subtus Sogra mortua. Et insuper dono ego iam dictus comes paschua ovibus, et armentis, de supra dicta cellula S. Stephani, et S. Ilarii egredientibus et regredientibus usque in Petrafixa, et usque in collo de Tauricubile, et usque in plano de Pozes, et usque in collo de Palo, et in collo de Garrexer, et usque in flumen Segor. Quantum isti termini infra includunt, et affrontationes iste ambiunt. sic dono ego iam dictus Fredelaus comes omnia supra nominata ab integrum et cum introitibus et exitibus, et regresis earum, propter Deum et remedium anime mee et domini mei Ludovici, cuius dono fulgimus, ut teneant et possideant habitatores sancti Saturnini prœssentes et futuri totum ab integrum absque blandimento ullius hominum. Quod si ego donator, aut ullusque homines, comes, vicecomes, vicarius, tiuphadus, potestas maior vel minor, qui contra hane karta donationis venerit pro inrrumpendum, et in supra dicta donatione aliquod vim inferre temptaverit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat. Et si ausu temerario, quod fieri non credimus, aliquam iniusione in eandem cellula sancti Stephani, et santi Ilarii supra dicti, neque in suis pertinentiis fecerit, cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, hereditatem poesideat, at que cum Iuda traditore Dñi nri Jesu Xpi incendio concremetur, et in voragine, tartareoque caos dimersos cum diabolo et eius atrocissimis pompis cum impiis deficiat nisi prius emendaverit. Et quantum in iam dicta ecclesia, vel fratribus presentibus et futuris illic comanentibus aliquid abstulerit, in quadruplum, sicut sancti Canones iubent, iam dicto cenobio componere non demoretur; et insuper in fisco regis componat in auro libras XX ti: et inantea hæc donatio helemosinaria plenam habeat firmitatem ab integrum. Facta karta donationis vel helemosinaria V. Kalendas Augustias, et in ipso die sacratum: imperante dompno Ludovico Augusto, anni ab incarnationis Domini DCCCXV.

Sig † num Fredelaus comes, qui hac carta helemosinaria mandavi scribere, sedente me in civitate mea Livia, et testibus firmare rogavi.—Sig † num Gauterius.—Sig † num Isimbardus.—Sig † num Rainalbus, princeps quoquorum.—Sig † num Bernardus.=Sig † num Alvinus.—Sig † num Adans. ✠ Possedonius gratia Dei Urhellensis episcopus anatematizo eos, qui prædictas res tulerint a prædicto iure ecclesiæ. Qui vero verus custos et observator extiferit, benedictionis gratiam et cœlestis retributionis a

iusto iudice Domino Deo nostro multipliciter consequatur, et vitæ æternæ particeps esse mereatur.

Galindus presbiter, qui hanc kartam donationis vel helemosinaria rogatus scripsi sub die † et anno quo supra.

Villanueva: *Viaje literario,* t. x. ap. V.

I bis: pág. 100 n.º 88

26 agost 867. Iudici del comte Salomó.

667.—Hic est iudicium et litis. cum in Dei nomine resideret vir inlustris Salomon comis in vico Alle, in mallo publico una qum judices suos qui jussi sunt causas aud ire... recte judicare: id sunt videlicet Adalelmo vicecomite vel judices Arasebado, Fedantius, Leopardus, Heles, Arlascuti, Salomon, Longorbardus, Bulgar et Sancoli judicum... presentia aliorum plurimorum bonorum hominum qui in ipso mallo residebant; id sunt Paternus, Centullus, Aspandus, Maurucus Sperandeo, Ferriolus et Martino saione vel alii plures qui ibidem aderant, In supradictorum judicio veniens homo nomine Witisclus et dicens: audite me; qum isto homine nomine Somane. Qualiter esse villa nomine Settereto quod mihi dedit amita mea per scritura donationis: et illi ei evenit de patre suo Asenari Galindonis comite per sua ruptura et aprisione per preceptum domini imperatoris sicut ceteri spani et ruperunt ea servi sui his nominibus. Apila, Gomesindus, Ademirus, Franculinus, Servus Dei, et item Franculinus, Sunila, Duljoliezus, Tudila, Eugenius vel alii plures servi sui. Tunc supradicti judices interrogaverunt Somane quid ad hec responderet. Et ipse in suo responso dixit. Ego eam teneo ipsa villa per beneficio de seniore meo Salomon comes. Tunc ipsi iudices interrogaverunt prefactum Witisclo, si potuisset habere talem testimonia qui cum vidissent eam habentem vel dominante ipsa Aylone amita sua infra os XXX annos per ruptura et aprisione de patre suo Arsenario. Et ipse Witisclus dixit: abeo testes plures quos et dedit sua testimonia in ipso placito: his nominibus. Id sunt Primus, Garbiso, Dignus, Argemirus, Guldericus, Auttimirus, Uzandus, Centullus; Arsenarius, Maurecatus, Arsenarius, Egika, Placiano, Franco Centullus et iterum Centullus Garseas, et Sclamirus, Ursio, Galicto et Fe-

dantius qui ei iuraverunt et testificaverunt a serie conditione quali ipsi viderunt Aylone amita Witiscli ipsa villa Settereto tenente et dominante... aprisiones terras infra confinio de ipsa villo et domum Sancti Martini, vel in aliis locis quod ruperunt sui servi in villa Settereto; et dum eam Aberet Aylo ipsa villa ab omni integritate sic eam dedit ad isto nepote suo Witisclo per scriptura donationis pps... XXX annos: et dum eam aberet ipse Witisclus ab omni integritate, sic eam tulit Hunifredus comis et dedit eam ad beneficio ad Isarno absque legis hordine.

Tunc ipsi meminiti iudices perquiserunt in libro gotorum et invenerunt in libro quarto titulo secundo, era nona decima, ubi dicit: Vt qui filio non reliquerit, faciendi de rebus suis quod voluerit, àbeat potestatem, omnis ingenuus vir adque femina sive nobilis, sive inferior, qui filios vel nepotes aut pronepotes non reliquerit, faciendi de rebus suis quod voluerit indubitanter licentiam habeat. Tunc supradicti iudices ordinaverunt Martino saione, qui revestisset Witisclo de ipsa villa Settereto et de ipsas terras quod superius insertum est et sua continet scriptura, ab omni integritate, et congaudet se ipse Witisclus in nostro judicio sua justicia recepisse. Facto iudicio sub die VII kals. Septembris anno XXIII regnante Karulo rege.— Arasobado Heles Leopardus, Sulamon, Longobardus, Sancol. Protasius archipresbiter qui anc scripturam iudicii iussus scripsi et die et anno que supra.

Perg. orig. desaparescut del más Manyarium (1) (a) Manxot de Sta. Eugenia de Nerelia copiat en 1787 i publicat en «Memorias de la Real Academia de la Historia, Madrid, 1805, tom. IV pag. 56».

I ter.

26 juliol 895. Castellar.

668.—1 In nomine domini ego scluua et uxori mee igiberta vinditores tibi hemtrice nostra domna hemma mise-

(1) Ha donat nom al riu Manyeriu que passa per Sant Martí dels Castells. en Perg. orig. de Sant Martí dels Castells de 7 abril? 1603, i es el *manerium, il.* casa del camp usat per Innocenci III. ep. 5. lib. 3 «Civitates, villas castra et maneria que ad dotalitium prefate regine spectare noscuntur».

ricordia dei abbatissa. Constat nos ut tibi uindere deberemus [2] et per hanc scriptura vindicionis nostre uindimus tibi alodem nostram qui nobis aduenit de homine nomine madexone condam et de genetrice mea nomine [3] baielone condam et est ipse alaudes in comitate cerdaniense in transmontano in aiacencias de Kastro qui dicitur Kastellare ubi surgit flumen lubri [4] chatus ad locum ubi dicunt Kastro de predicto Madeixone uel uilla cornutellos. Qui afrontat hec omnia hic sunt Kasas Kurtes, orreos, hortos, exios [5] et regressios illorum terras cultas uel incultas heremos pratos silvis garricis cum ipso predicto Kastro cum ipsos Kasales et suo exio et regressio illarum [6] et uocem aposicionis sue de parte orientis in rio qui uocabulum est aria sicut discurrit de monte qui dicunt eira mala usque ad locum qui dicunt [7] ipso iungente asolano cerchoso et de meridie afrontat in ipso rio qui discurrit de prato ciroli ad aria uel in ipso prato predicto et de occiduo afrontat [8] in ipso puio que dicunt monoli et de circi uero montat in ipsa serra de ipsa Kalme sicut aqua uergit et iungit in aira mala. Quantum infra istas afrontaciones uel terminos concludunt vindimus in omnia et in omnibus quantum ibidem aba... (no legible) madexo et bagilo ienitrix mea sicut superius resonat [10] ab omnem integritatem cum eorum exios et regressios in aderato uel definito precio quod inter te et nos conuenit hi sunt equas X et mulas I et ex inde [11] non remansit est manifestum quem uero debet omnia quod superius resonat de nostro iuro in tuo tradimus dominio et potestate abendi uindendi [12] donandi seut etiam comutandi ut de ab odierno die et tempore maneat tibi firma potestas. Si quis contra hanc Karta vindicionis ad nos tibi facta [13] uenerit ad inrumpendum aut aliquid de fratis uel de heredibus nostris uenerit ad inrumpendum quod factum nostrum inquietauerit aut aliqua extrahere [14] uoluerit hec omnia quantum ad eodem tempore in melioratum fuerit in duplo tibi componere faciat et in [15] antea ista Karta in omnibus suam obtineat firmitatem. Facta Karto uindicionis VII Kalendas augusti anno III regnante leudoico rege filio carloui [16]. Selova (signo) sig + igiberta qui hanc carta uindicione fecimus et testes firmare rogauimus sig + luganus [17] sig + ariericus sig + recosindus sig + (taca) sig + sclivinius sig + aldreticus sig + mocione [18] sig + centullo, gentilles (signo).

A. C. A. Perg. Seniofredo 24.

II: pag. 124 n.° 113

7 juliol 903. Dorria: Consag. esglesia.

Rememoratio (1) **dotis Sancti Victoris**

669.—Anno Incarnatione Domini Nostri Jesu-Christi DCCCCIII, Nonas Iulii anno IIII regnante Karolo Rege filio Lodevico, Veniens quidam venerabilis Nantigisus Orgellensis Episcopus in territorio Cerdaniense in Castro Petrera in locum vocitatum Doriga, rogatus a sacerdote nomine Samarello Presbitero sive a cunctum populum in ipsa parrochia abintantium, certantes in Dei servitio et Ecclesiam Dei fundatores; rogantes et populantes Veneravilem Presulem Nantigisum ad Ecclesiam consecrandam in honore Beati Victoris Martyris Christi. Tum proescriptus Episcopus cám aliis bonis hominibus scripserunt in dote ipsius ecclesioe ut per singulos annos modios quatuor et solidos dos et agnos dos ille sacerdos qui eam tenuerit ad Sanctam Mariam sedis solvat.

(Cartulari de la Seu d'Urgell, volum I, document DCCCXIII).

II. bis: pág. 127 n.° 119

29 juny 913. Engelats.

670.—[1] In nomine domini ego (esborrat) gamiza et uxor mea virgilia uinditores tibi hemmone gracia dei abbatissa hemtrice per hanc scriptura uindicionis nostre uindimus tibi [2] in comitatum ceretania in valle petrariense in fines de uilla campilias in locum que dicitur engelados uindimus tibi in ibidem loco cassa [3] cum curte et orto et orreo et ipsas terras qui sunt de ipso casale et exio et regressio suos cum omnis illorum afrontaciones uindimus tibi ipsa cassa [4] cum curte et orto et orto et ipsos arbores et ipsas terras ubique inuenire potueris qui sunt de ipsa cassa sic uindimus tibi ab omni integritate impropter [5] precium solidos X in rem ualentem et nichil de ipsum precium aput te

(1) Semblant títol indica, no la original creació d'una església, sino la reconstrucció d'altre anterior, destruida per inundacions, crema, o invasions de barbres. Efectivament la porroquia de Dorria consta en 839.

hemtrice non remansit est manifestum ut de ex presenti die et tempore de quicquid ex inde [6] agere facere vel iudicare uolueris firmam abeas potestatem ab omni integritatem cum exio et recrescio suo. Sane quod si nos uenditores [7] aut hullus homo que contra hanc carta uindicionis venerit ad inrumpendum inferam uel inferam aut partique tue ista omnia quantum immeliorata fuerit [8] in dupplo tibi componere faciat et in antea ista carta uindicionis firmis permaneat. Facta carta uindictionem III Kalendas ivlü [9] Anno XXI regnante Karulo rege filio Leudoici. Sig + num gamiza. Sig + num virgilia qui hauc Karta uindictionem fecimus et firmare rogauimus. Sig + num aurioleus Sig + num ermegildo Sig + num trasoado. Sig + num selvva Sig + num gotforte Sig + num boso [11] Petronius presbiter.

Gentilis presbiter qui hanc carta uindicionem scripsi et + (signo) sub die et anno quod supra.

P. O. Arx. Cor de Aragó, Miron n.° 24.

Encara que am data diferent l'assumpte de la present carta es el mateix notat en pag. 127 n.° 119.

El nom Boso apareix en diferents documents del Arxiu.

II ter.

13 febrer 916. Vila Corba.

671.—In nomine domini ego eldofredus et uxor mea eldes uendimus tibi domna hemma misericordia dei abbatissa emptrice nostra per hanc scripturam iundictionis nostre vindimus tibi in comi[3]tatu cerdaniense in valle ligitense in villa corba in ibidem loco vindimus tibi causa cum ipso orto cum exio uel regresio suo vel cum ipso pratello qui nobis aduenit [3] per parentorum nostrorum qui afrontat ipsa Kasa et ipse ortales cum ipso pratello de I parte in ipsa fonte uel in ipso torrente quem dediscurrit et de alia parte in terra. Araone [4] uel heredes suos et de tertia parte in ipsa eira Vindimus tibi quantum infra istas afrontationes includunt in Kasas in casalibus in ortis ortalibus in arboribus [5] poferis in terris cultis uel incultis in uieductibus uel reductibus in ista omnia iam supradicta sic vindimus tibi ipsa tertia parte et ipsa tertia parte ab omni inte [6] gritate in aderato uel definito solidatas XII in rem

ualentem michi que de isto pretio apud te emptrice non remansit est manifestum quem uero de ista [7] omnia iam dicta agere facere uel iudicare uolueris libera et firmissimam in dei nomine abeas postetatem. Sane quod si nos uinditores aut ullusque homo qui con[8]tra hanc Kartam uinditionis uenerit ad inrumpendum inferam uel inferam nobis aut partique tue ista omnia quod superius resonat in duplo tibi compone[9]re faciat Et in antea ista uinditio firmis permaneat facta Karta uinditione ista in idus februarii Anno XXIIII Regnante Karlo rege filio leudoici [10] Edefredus presbiter Sig + num eldes qui hanc Karta uinditionem fecimus et testes firmare rogauimus Et manibus subscripsit [11] Sig + num clagildes Sig + num uunlane Petronius presbiter + fracimirus + Bradila presbiter qui hanc Karta uinditione ista scripsit et + sub die et anno quod supra.

Perg. A. Corona Aragó, Mirón 31.

Ap. II, quater.

21 febrer 924. Fecundella.

672.—In nomine domini ego fruio femina et filius meis oliba uinditores tibi domna hemmone abbatissa hemtrice [2] per hanc scriptura uindictionis nostre uindimus tibi alodem nostrum proprium quod nobis aduenit ad me fruione [3] femina de uiro meo nomine asenarii qui fuit condam ipse meus decimus et ad me olibane de ienitori meo iam dicto [4] asenario. Et est ipse alodes in comitatu cerdaniense in uilla que nominant fecundella uel infra eius fines que afrontat de una parte in ipso torrente que est inter isto alode et sub rocha et de alia parte in strata que est [6] inter isto iam dicto alode et ipsa chalme de te hemtrice de tertia parte in torrente nostre uel in territorio [7] de villa boscherones de ipsa abadia sancti iohannis de quarta parte affrontat ubi ipsi torrentes se iungunt in rio fecundella quantum infra istas afrontationes includunt sic uindo ego fruio femina [9] ipsum meum decimum totum ab integrum et ego oiiba ipsa nona parte que mihi aduenit de ienitori meo ase[10]narii condam et ipsa nona parte ab omni integritate propter precium quod inter nos et te conuenit in aderato uel [11] definito id est solidos LX in rem ualentem et nichilque de ipso pre-

cio apud te hemtrice non remansit [12] est manifestum. Que vero ipso alode supra nominato de nostro iuro in tuo tradimus dominio potestatem [13] abendi uindendi seu etiam commotandi que quod ex inde facere uolueris firmissimam abeas potes[14]testatem. Quod si nos uinditores aut ullus homo que contra hanc uindictione uenerit inrumpen[15]dum infera uel inferamus tibi aut partique tue quantum ipso tempore hec omnia inmeliorata fuerit [16] in duplo tibi componere faciat. Et in antea ista uindictio firmis permaneat. Facta carta uin[17]dictionis VIIII Kalendas martii anno primo quod Karolus rex obiit filius leudouici [18] Sig + fruio femina. Sig + oliba que hanc uendictione fecimus et testes fir[19]mare rogauimus suniarius (signo) Sig + fedantio. Sig + dato Sig + vvis Rafredus (no inteligible) sacerdos (signo).

[20] In dei nomine Ieldemirus presbiter qui hanc uindictione scripsi et (signo) die et anno [21] quod supra.

A. C. de A. Perg. Seniofredo 6.

III: pag. 142 n.º 143

7 gener 1027. Pallerols i Aja: Conveni de pastures.

672.—Notum sit omnibus presentibus scilicet ac futuris. qualiter habitantes homines in villa Palierolis superiori et inferiori depascebant hac pro alode proprio sibi vendicabant prata sive pascua Sce Rivipollensis Marie pertinentes ad villam Aginis. et utraque parte adiacentem integrum [ ]us d[ ] mutatio aque, non semper unum et idem alveum tenet. cum salitum cursum haberet juxta aupradictas villulas. deserens propium alveum. ingressa per Sancte Marie terras. elongata est a supra scriptis villulis in quibusdam locis quasi .c. vel L passibus. Supradictorum autem villarium habitatores, aquam sequentes, nom solum p[ascua] sibi ven[dicabant], sed eciam aliquam culturam agri in ibi exercebantur. Et ideo semper habitatores Aginis, cum sibi prepositis Sce Marie monachis, ne facerent prohibentes, et multis eos aliquando contumeliis et aliquando verberibus afficientes, repellebant a supradictis. Igitur ac contentione diu durante inter supradictas uillas, ven[erunt]ad tempus Oliue Ausonensis pontificis ecclesie atque abbatis jamdicti cenobii, cuius querimonia multociens super his est venti-

lata coram domno Guifredo comite ipsius videlicet fratre. Quadam autem die accedens Guitardus Miro jamdicti episcopi mandatarius, petivit in placito jam dictos [homines] qui habitabant in supra dictis villaribus. Marcucium scilicet cum Asinario . Bradilam et Gregoriam . Antonianum et clericum Sancium . Galindum et Agilam . Altmirum et Eudonem . Vitalem et Mironem . Franchum et Mironem alterum . Sancium et Sidilam . item Sancium et Guifredum . Signifredum et Ermemirum . Naggerum et Bradolina . Guadamirum et Olibam . Signifredum cum Signifredo . Ennegone cum Barone et Bonamfiliam. Hos omnes jam dictus mandatarius coram jam dicto comite ac Seniofredo vicecomite et judicibus Sendredo ac Salomone et Guilielmo saione . et multis bonis hominibus coram positis petivit de jam dicto alode quem sibi vendicant in juste. Illi ad hec respondentes nihil aliud obiecerunt nisi trigesimum possessionis annum . Jam dicti autem judices interrogaverunt prefatum mandatarium an posset probare jam dicte ville Aginis terminum. Et ille ad hec Non solum, inquit, terminum, sed eciam probabo aque [dis]cursum ante annum XXXmum. Ad hec illi Si, inquiunt *(sic)*, feceris ita, omnis illorum vox erit sopita. Interjecto itaque aliquo temporis spacio, pervenerunt in illo loco non solum comes cum Episcopo sed eciam omnes supra dicti et multi alii in quorum omnium conspectu iamdictus mandatarius exibuit testes id est Seniofredum et Heliam et Baronem atque Scluanum . qui non solum jamdicte ville Aginis terminum verum eciam aque discursum ante tricesimum annum pediculauerunt . in qua omnia eorum plantata et aliqua sata ab eis seu collecta. Videntes autem supra dicti homines de Paliorolis se excludi ab eis, timentes legis penam . ne invasa per sacrilegium emendarent et insuper pascua amitterent . antequam probacio fieret . recognouerunt omnia ab eis pediculata semper ab eis et illorum antecessoribus esse possessa . per seruicium quod semper Sce Marie ab eis erat factum. Sicque omnia pediculata in Sce Marie et iamdicti episcopi bño ab omnibus supradictis habitatoribus Paliorolis sunt redacta cum ac scedula continente ita.

Nos supradicti homines qui aliquid possidere uidemur in villis Paliorolis . id est Marcucius et Asinarius . Bradila et Gregoria . Antonianus et clericus Sancius . Galindus et Agila . Altmirus et Eudo . Vitalis et Miro . Francus et alter Miro . Sancius et Guifredus . item Sancius et Sidila . Signifredus et Ermemirus . Naggerus et Bradolina . Gua-

damirus et Oliba . Signifredus cum Signifredi . Ennego cum Barone et Bonifilia . evacuamus nos de his homnibus que supradicti pediculaverunt . in quibus et cruces sunt qui in salicibus antiquissimis fecerunt ac XX . et amplius petras ibis fixerunt . ut ab hodierno die et tempore nec nos nec ulla posteritas nostra hoc per alodem uel feuum requirat. Quod qui fecerit et in quadruplo omnia . ab eis pediculata Sce Marie restituat . et hec nostra euacuacio omni tempore in conuulsa permaneat. Facta ac euacuatione VII. idus ian. an. XXXI°. regnante rege Rodberto. Sig + num Marcucii. S. Asinarii. S. Bradile. S. Gregorie. Sig. Antoniani. S. Sancii clerici. S. Galindi. S. Agile. S. Altemiri. S. Eudonis. S. Vitalis. S. Mironis. S. Franci. S. alteri Mironis. S. alteri Sancii. S. Guifredi. S. tercii Sancii S. Sidilani. S. Signifredi. S. Ermemiri. S. Naggeri. Sign. Bradoline. S. Guadamiri. S. Olibe. S. Signifredi. S. tercii Signifredi. S. Ennegonis. S. Baronis. S. Benefilie qui hanc euacuationem fecimus et testibus firmare rogamus. Sig + num Mironis. Sig + num Bernardi. Sig + num Olive. Sig + num Guitardi. Sig + num Guilielmi saionis.

VUIFREDUS Graia dei comes ✠.

Seniofredus uicescomes +.

+Senderedus iudex+.

Ac igitur euacuaiione facta ; rogauit prefatus comes ac Seniofredus uicecomes . siue Bernardus atque Guitardus et omnes circum adstantes . iamdictum episcopum ut misericorditer tractaret eosdem homines ne omnia perderent. rogatu autem eorum annuit hoc iamdictus episcopus ut iudicio eorum terminaretur census Sce Marie in antea faciendus . quod et factum est . nam predictus comes indixit eis ut si eadem pascua usque quaque uterentur . preter prata defensa et plantata . daret unus quisque pro duobus bubus quartam an. pro uno uero . sextarios duos . similiter et de equabus . et facerent iouam . Igitur ego prefatus Oliba episcopus et abbas hanc cessionem pro hoc censu habitatoribus Palierolis facio . ut pascua Dei genetricis ipsi et posteritas eorum perfruantur . preter prata defensa et plantata : et supradictum censum ab anno in annum persoluant . quod si persoluere noluerint non ibi ingrediantur . ut autem verum appareat quod dico manu propria hoc signo. Oliba eps✠

Salomon sacer et iudex+.

(Archives de la ville de Puigcerdá: original sur parchemin.)

Publicat en Cartulaire Roussillonais per B. Alart, pag. 46

IV. pág. 146 n.º 150

25 juny 1030. Rigolisa: S. Jaume.

673. — Condiciones sacramentorum ex ordinatione oliba, levita, et iudice Sendredus, et in presentia Seniofredus, vicescomes, et Bernardus auditore et Guitardus et Seniofredus, Leopardus et Guifredus, vicescomes, et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderaut: testificant testes prolati quas proferunt Bernardus et Poncius Durandus, et Bernardus Poncius et Oliba, sacer, in faciem de supradicto levita vel iudice ad comprobandam helemosinam de condam Poncii archilevita; et hi sunt nomina testium qui hec testificant sicuti et jurant idest Seniofredus sacer et sacristanus de sancta Sede Urgellitana et Isarnus sacer et Seniofredus levita et Guifredus Eiz et Placedi et Arbertus. Jurati autem dicimus, imprimis per Deum Patrem omnipotentem et per Ihesum Christum Filium ejus, Sanctumque Spiritum, qui est in Trinitate unus et verus Deus, et per hunc locum venerationis sancti Jacobi Apostoli, cujus baselica sita est in comitatum Ceritanie in locum que dicunt Aragolisa, supra cujus sacro sanctoque altario has condiciones manibus nostris continuimus vel jurando contagimus, quia nos supra scribti testes scimus et bene nobis cognitum est, de presente eramus, oculis nostris vidimus et aures nostras audivimus ad ea hora quando iacebat condam Poncii in egritudine unde obiit in villa Garamós in ipso itinere ubi pergebat in servicio seniori suo Esmengaudo Episcopo ad placitum comitibus Paliarensi, ubi volebant pergere, et aprehendit eum ipsa egritudine et tunc nos videntes vel audientes mandavit vel injunxit ut fuisset sui helemosinarii fratri suo Bernardus et Bernardus Poncio et Oliba sacer et Poncius Durandus, et precepit nobis et dixit ut si de ipsa egritudine mortuus fuisset, sicut et fuit, plenam potestatem habuissent isti sui helemosinarii omnen suam helemosinam aprehendere et dare pro anima sua sicut ille nobis injuncxit pro suis verbis sua ultima voluntate sic rogavit scribere testamentum suum adhuc loquela plena et memoria íntegra per istorum supradictorum sanctorum reliquias. In primis concessit ad sancta Maria Sedis Urgellitana ipsa sua hereditate de alaude quem habeat in Ger, qui ei advenit de parentorum simul cum ipso alaude de Momolucz cum casis casalibus ortis ortalibus et orreo

ferras et vineas cultas vel incultas cum illorum arboribus cum exiis vel regresiis earum ab integrum ad ipsa canonica; et ad sancta Columba de Ger iussit dare ipso maso qui fuit de Baro cum ipso orrio quifuit de Tosos, et cum ipsa terra qui fuit de Tedulén vel filios suos, et alia terra qui est ad ipso linar qui fuit de Guillem, et ad sanctum Petrum de Ger iussit dare ipsa casa cum ipsum alaudem qui fuit de Bona dona; et concessit ad sancta Maria de Al ipso maso cum ipso alaude qui fuit de Trasuer talem censum vel rectum quod ibi habebat; et concessit ad sancta Maria cenobii Rivipullensis ipso suo alaude de Aragoned, casas casalibus, ortalibus et ortis, terras et vineas cultas et ermas, pratis et pascuis, silvis, garricis, molinis cum illarum capud aquis, hec omnia ab integrum exceptus ipso camp de Genebred; et concessit ad Bernard fratre suo ipsum mansum de Telledo qui fuit de Guifred Boni filio vel de suos heredes in tali conventn ut teneat in vita sua et donet per unicuique annum ad domum sancti Johannis cenobii cera una de diners VI et post suo discessu remaneat ab integrum ad iam dicto cenobio. Et iussit dare ad domum sancti Michaelis cenobii choxianensis ipso maso qui fuit de Borrel et de Seniofred Julio presbitero cum ipsos ortos qui sunt de ipsos masos ab integrum; et ad sancto Martino cenobii Canigonense cera una de diners VI, et post suo discessu remaneat ab integram ad iam dicto cenobio. Et iussit dare ad domum sancti Michaelis cenobii Choxianensis ipso maso qui fuit de Borrel et de Seniofred Julio presbitero cum ipsos ortos qui sunt de ipsos masos ab integrum. Et iussit dare ad predictum sanctum Martinum ipso suo maso quem habebat iu Salto cum ipsum alaudem qui ad ipsum manso pertinet, qui advenit ei per donacionem de Bernard clerge, filio Adala, et de Pere de suo fratre et de Sunner filio eius. Et iussit dare ad domum sancti Petri Rodas ipsum manso quem abebat ad ipsas Alladas, et concessit dare ad fratre suo Bernard ipso suo alaude de Benevivere, casas casalibus, ortis ortalibus, terras cultas vel incultas simul cum ipsum alaude qui est in Palad ab integrum. Et iussit dare ad Guifred Eiz ipso suo maso quem abebat in Exenega cum ipso alade quem abebat in sancto Martino vel in Sanillers, vel quod ad ipsum mansum pertinet ab integrum. Et iussit dare ad Bernard filio suo ipsum alaudem de Mented cum ipsa ecclesia vel cum omnia qui ad ipsum alaudem pertinet; et ipsum alaudem de Angers cum omnia que ad ipsum alau-

dem pertinet et ipsum de Eveg similiter, et ipsum de Feges simiiiter, et sunt casas casalibus, ortis ortalibus, terras et vineas, cultas et ermas, cum illorum arboribus, pratis pascuis, silvis, garricis, molinis molinaris cum illorum capud aquis et piscatorias et omnia que ad ipsum alaudem pertinent ab integrum. Et iussit dare ad Amaltrud, sorori sua, devota, mansos II qui sunt in Cherrubi cum ipsum alaudem qui ad ipsum masos pertinet, ut teneat eum in vita sua, et post obitum suum remaneat ad Bernard Poncius et ad fratre suo filio de Guilla. Et concessit ad Amall filio de Trasgonça ipsum maso qui fuit de Seniofred presbifer, cum omnia qui ad ipsum maso pertinet. Et iussit dare ad Eldiards ipsum maso de Berter ubi Ademmars habitat, cum omnia que ad ipsum maso pertinet. Et concessit omnes alios suos alaudes que habebat in comitatum Cerritanie sive in Riopullo vel in Valle Asperi sive in Tellet vel in ipsa Balma vel in Prads sive in Fenestred, quantum ei advenit de parentorum vel de comparacione sive per donacione aut per qualicumque voce simul cum ipsa ecclesia de Puigredon; et est ipsum alaude casas casalibus, ortis ortalibus cum arboribus, terras cultas vel incultas, et vineas cultas et ermas, pratis et pascuis, silvis, garricis, molinis molinaris cum illarum capud aquis vel cum omnia que ad ipsum alaudem pertinent, cum exiis vel regresiis, terminis vel afrontacionibus earum. Hec omnia concessit ad Bernard filio suo et ad fratre suo filio de Guilla. In tali vero pactu si obierit unus ex istis fratres absque filios de legitimo conjugio istum alaudem remaneat ad alium qui uivus fuerit. Et si ambo obierint absque legitimos proles remaneant isti alaudes ad Bernard fratre suo et post obitu suo remaneat ad Poncio filio suo; et post obitum Poncioni remaneant ipsi alaudes de Confluente ad cenobii sancti Michaelis et sancti Martini Canigoni, et ipsum de Valle Asperi remaneat ad sancta Maria de Arles, et ipsi alaudes de Riopullo remaneat ad cenobio sancte Marie, et ipsi de Berchitano remaneat ad sancta Maria de Serrateix, et ipsi de Cerritania remaneant ad sancta Maria Sedis Urgello. Et iussit dare ad oliba presbiter ipsum suum alaudem quem abebat in Tosos per ipsa mula que ei debebat. Et iussit vendere ipsa sua mula per auro, et solvere suos debitos. Et iussit dace ad Bernard filio suo ipso suo alsberger et elm et espada, et iussit emendare ad Isarmus Oliva unciadas II in avere valente per ipso suo mulo, et iussit facere franchum Odo servo suo cum filios

suos. Et concessit ad Bernardo filio suo eguas III. et a Seniofred sacrista egua I, et poldrela una, et ad Bernard suo fratre eguas II. Et iussit dare ad ipsos missa cantanos de Sede sancte Marie soiidos XXV, et a Seniofred scriva solido uno et ad Isarn Oliba egua I. Et iussit dare seniore suo Ermengaudo episcopo ipso suo mulo; et rogavit eum ut psr dilectionem Dei omnipotentis et suo Karissimo fidele mercedem abeat de Bernard filio suo, et concessit ad Bernard filio suo ipsa caldaria que abebat in Eveg cum suos paracingles vel cum ipsas bolzas, et ad sancti Petri Roma uncia I.ª de auro. Et ad Oliba sacer solidos X, a Poncio Duran similiter, et alio suo avere mobile qui remanet iussit dare pro anima sua et de suo pane et vino ipsa medietate pro anima sua, et alia medictate iussit dare ad Bernard filio suo. Et cum hec omnia ordinavit obiit de hoc seculo cum ipsa voluntate in mense preterito jaunario; et nos Bernard et Bernard Poncius et Oliba sacer et Poncius Duran, qui sumus helemosinarii juramus omnia et in omnibus quia quantum isti supradicti testes testificaverunt in istum iudicium, verum est, et nulla fraus nec malo ingenio hic impressa non est, sed secundum voluntatem ipsius conditoris est factus vel editus, et ea que scimus recte et veraciter testificamus atque juramus per supra animam juramentum in Domino. Late condicionis die VII.º Kalendas Julii anno XXXV regnante Raudeberto rege. Sig + num Bernardus. Sig + num Poncius. Sig + num Oliba presbiter. Nos sumus helemosinarii, et hunc juramentum iuramus, Sig + num Guifred Eiz. Sig + num Plazedi. Sig + num Arbert. Seniofredus, sacer, sacricustos, ✠. Nos testes sumus et lunc iuramentum iuramus vel adfirmamus. Isarnus sacer *(s. man.)* Seniofredus levita, *(s. man.)* Sendredus iudex qui hunc sacramentum fideliter recepi *(s. man)*.

Oliba, levita, qui has condiciones scripsit et sub *(s. man.)* scripsi die et anno prefixo.

Arxiu capitular de Urgell Doc. orig. i Cartulari, V. I. fol. 211, documen 701.

IV. bis: pág. 456 n.º 653

1035-1068. Ix. Alb: Alons de Dalmau, vescomte de Bergadà.

674.—Noticia rememoralionis quam fecerunt Raimundus seniofredus pariter et dalmacius uice comes et uxosem eius. Conuenit presciptus Dalmacius ad Raimundum iam dictum ut donet ei propter suum alodem quod suprascriptus Raimundus habet in locum quem vocant amenlla. et ut donet ei iam dictus Dalmacius et uxorem eius mulum inuenem valentem uncias III, de anno sine engan et hoc usque ad altera relinquenda et miserunt in pignora prescriptus Dalmacius et uxorem eius ad Raimundum iam dictuu omnem illorum alodem quod habent in villa ix et omnem alodem quod habent in villa albi, et si hoc non ualet vncias VI. conuenit prescriptus vicecomes et uxorem eius ut hoc quoc nurauerit (iuraverit) inde donent ei sine suo engan. El hoc fuit factum in presencia de Raimundo de sto. martino et de miro domicii et de mirat, et de borrel bonifilio et de Raimundi bels.

Lib. feud. n.º 24.

IV. ter. pág. 456 n.º 654.

19 maig 1036. Pallerols i Enveig: Legats.

Karta Bernardi Poncii de alodio in Enveig

675.—In nomine Domini. Ego Guillelmo Bernardo, et Guillelmo Guillelmo, et Guillelmo Teuderico, et Isarno Arnallo, qui sumus manumessores de condam Bernardoni Poncio. Mandavit nobis ut Karta fecissemus, ad domum sancte Marie sedis vico Urgellitense, de suo alode quod abebat infra terminos de Eveg, sicuti et facimus, unde iudicium obligatum tenemus, infra metas temporum, a serie condicionis editum. Et est ipsum alode in comitatu Cerdaniense, in pau Liviense, in villa Eveg; et sunt casas casalibus, curtis curtalibus, orreis, ortis ortalibus cum arboribus, terras cultas et ermas, molinis molinaribus, cum illorum capud aquis cum exiis et regressiis et cum illorum superpositis, silvis et garricis, omnia et in omnibus, quantum habebat vel abere debebat, sic donamus vel

traimus ad sancta Maria Sedis iamdicta. In tali vero racione quem dum vivit Erdiato, soror sua, teneat et possideat predicto alaude et donent tasca per I. quemque annum ad sancta Maria, post obitum suum remaneat ad sancta Maria. Alodem suum que abebat in Pallerols remaneat ad sancto Michael Cenobii, qui est prope sancta Maria in ipsa Sede, totum ab integrum pro anima sua, cum illorum terminos. Quod si nos donatores aut ullusque homo, inquietare voluerit non hoc valeat vindicare sed componat in duplo cum sua inmelioracione. Facta ista Karta, largiacio vel elimosinaria X.° IIII.° Kalendas Junii, anno VI.° regnante Eiarico rege. Sig. + num Guillelmo Bernard. Sig + num Gulllelmo Guillelmo. Sig + num Guillelmo Teuderico. Sig + num Isarno Arnallo, qui ista Karta elemosinaria fecimus et testes firmare rogavimus. Sig + num Suaniaris. Sig. + num Guifredo Amil. Sig. + num Oliba. Durandus, presbiter, qui ista Karta donacionis scribsi et sub *(s. man)* [scripsi], die et anno quod supra.

(Arxiu Capitular d'Urgell; Car., foli 215, doc. 715).

V: pag. 149 n.° 153

11 agost 1042. Acta de consagració de la Iglesia de Guils.

476.—Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus unus est Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua, et ex omnibus viribus viribus tuis et proximum tuum sicut te ipsum. Non hoccides. Non mecaberis. Non furaberis. Non falsum testimonium dicas. Non concupiscas rem proximi tui. Nec desiderabis uxorem ejus: Inicium Sti. Evangelii Secundum Johannem. in principio erat verbum, et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est niquil et cetra. Inicium Sti Evangelii Sedm lucham Fuit in diebus erodis regis iude sacerdos quidem nomine Zacharias de vice habia et uxor illius effiliabus Aaron et nomen eius Helisabet et cetra. Inicium Sti evangelii sedm marchum, ecce mitto angelum meum qui preparavit viam tuam ante et cetra In Inicium Sti Evangeli Sedm Matheum liber generationis ihsu xpi dni nri filii dd filii habram. Anno ab

incarnacione dni nri ihu xpi. Quadragesimo secundo post millesimo consecravit hanc ecclesiam. Gilelmus Gratia dei episcopus in honorem dei omnipotentis Sti Stefani martiris xpi et recondidit ibi reliquias plurimorum Storum. Bonus homo Sacer Viues. Sacer Aairo Sacer. Seniofredos Sacer. Gentilus xixol. (1) vuifredus PR cum homnibus parentibus suis. Iquimara requilles uiuus uel defunctus (2). Segario cum homnibus parentibus suis ERmengaudus Gracia dei episcopus.

Herrarus Epus cum omnibus parentibus suis tam viuis quam defunctis. Ebrinus presbiter cum omnibus parentibus suis tam uiuis quam defunctis. I Quilelmo cum omnibus parentibus suis. Oliua leuita. Seniofredus pbr. Wifred.

Ar. par. de Guils: llibre Decrets a. 1800.

Segueixen altres firmes ilegibles i el dibuix d'una anfora tapada amb un segell (4).

La present acta está escrita sobre una llosa quadrada per una cara fins a la firma de S. Armengol inclusiu, i per el derrera, les altres: i te 26 c/m de costat: Se torná al seu lloch del altá majo en 1800.

Imita a n'aquesta l'acta de la consagració de l'esglesia de Sta. Cecilia de Figols del any 1134. Villanueva. Vig. Lit. XI. p. 42.

V bis, ter: pág. 151 n.º 157 i pág. 456 n.º 655

22 juny 1061. Ix: Transaccio, homenatge, conveni.

477.—Querimonia super eisdem castris agitata inter R.dum comitem Cerritanie et Bernardum vicecomitem: Et de ipsa hora in antea predictus Bernardus no uedaria ad Raimundum jam dictum ipsos castros qui sunt in Cerritania;

---

(1) Cristicola.

(2) Segons l'abat Pascual de Avellanes, qui era present al investigá el sepulcre i ferse la trascripció de l'original en 1800, se transcrigué aixís aquesta firma interpretant que l'escriba no sabia si era viu o mort el tal Requilles.

(3) San Armengol habia mort nou anys avans: aquesta firma fa pensar que ell havia començat l'iglesia i ajudat a construirla.

(4) En llibres antics es notat que el dia de la consagració fou el 11 d'agost.

id sunt castrum sti martini et castrum de miralles et castrum de cheralt.—Item comendavit predictus Raimundus comes ad predictum Bernardum ipsum castrum de pellencha et perdidit eum per sua mala guarda unde venit ei dampnum amplius. C. mille sol. non ualent. et de alodio sti Michaelis chorianensis. quod abstulit predictus bernardus in uilla estoll et in aliis locis.—Item de ipsa leuda de ipsos homines mercatores qui transiebant per iam dictam eravalle siue per pinomorente unde requirebat directum de ipsa leuda et nullo modo rectum habebat in illa et propterea tollebat alia leuda ad predictos mercatores iniuste in uilla merengs. ut predictus comes perdidisset suam leudam.—Insuper et quod peius est ipse uice comes accepit Rochas et podios contra predictum Comitem quos antea ei iuraverat. et hedificauit ibi castellos contra eum et depredauit ei suas dominicaturas, et homines terre sue. Illo autem ita faciente venit dompnus Guilelmus Episcopus Urgellensis et dalmacius uice comes bergitanensis et bernardus johannis et idelgarium vicecomitem et bernardo olibam de sono et arnalli Riculfi et Petri poncii et ontoni riculphi et Raimundi benardi de guardia et adduxerunt predictum vice comitem ad prefatum Comitem rogantes et postulantes ut mercedem ex eo habuisset predictus Comes. Recognoscens se predictus uice comes coram predicto Comite et aliis predictis uiris ut omnem pignoram quod ei miserat de omnem suam honorem et omnes suos fideiussores iam incurrerant in sua potestate ad faciendum quodumque uoluisset. Quadam autem die uenit predictus uice comes in domum Comitale in uilla ix coram predicto comite, unde adfuit ibi predictus episcopus et cuncti pariter alii predicti seniores. Rogantes predictum comitem ut ad eorum consilio se continuisset cum iam dicto uice comite. Hoc audito Comes predictus et comitissa adquieuerunt precibus eorum et permiserunt eis ob hoc se pacificare cum iam dictum vice Comitem ad eorum consilio sicuti et fecerunt. Predictus benardus uice comes per eo quod tam iniuste egit contra seniori suo emendauit ad predictum comitem ipsum castrum de querald cum sua castellania et ipsum forum de prullanos. et totum ipsum qui est infra ipsam parrochiam. et ipsa parrochia cum ecclesia de segdama que est in confluente cum omnibus suis pertinenciis et oblacionibus. Et ad predictam comitissam solidos mille. et predictus Comes et comitissa et eorum filius Guilelmus definierunt ei omnes illorum pre-

dictas querimonias propter hoc et reddiderunt ei omnem aliam suam honorem que iam antea eis promiserat incursere. Sub tali tenore ut ipsum castellanum aut castellanos quos ipse uice comes miserat in castrum sti martini et in castrum miralles et in castrum ioh. propter predictos castros se comendauit manibus ad predictum Comitem et comitissam et iurent eis fidelitatem sicut alii sui castellani eis iurauerunt et iurauerint de aliis eorum castellis.— Actum est hoc X.° Kalendas iulii in primo anno regnante philippo Rege.

Lib. feudor. Cerrit. doc. 64.

publicat en Miret i Sans, Los vescomt. de Cerd..., Ap. 1 pág. 53.

Sacramentale Bernardi uice comitis ad Raimundum Comitem Cerritanie post transaccionem factam super querimoniis. Iuro .. de ista hora in antea ego bernardus suprascriptus non uedare ad Raimundum supra scriptum ipsos castros qui sunt in cerritania id sunt castrum sti martini et castrum de miralies... Et de ista hora in antea ego bernardus supra scriptus non rancurare ipsum castrum de cheralt cum sua castellania.—Actum est hoc X.° Kalendas iulii anno primo regnante philippo Rege.

Lib. feud. Cerrit. doc. 65.

Conveniencia que facta est inter Guillelmum comitem Cerritanie et Bernardum uice comitem cerdaniensem. Primum comendat predictus Comes ad predictum uice comitem ipsum castrum sti. martini et ipsum de miralies et de cheralt et de ioch et donat ei per feudum ipsum comitatum de cerritania et omnes castellanias de predictos castellos et omnes feuos. Et propter hoc reddit ei omnes alodios quos quondam Raimundus comes ei abstulit, exceptus ipsos quos predictus uice comes donat per scripturas ad predictum Comitem.

Lib. feud. Cerrit. doc. 67.

VI: pag. 151 n.° 159

3 setembre 1064. Galiça: Alou de Guilabert.

478.—In nomine domini ego Wielmus donator sum domino Deo el sancto Johanne cenobii qui est fundatus in comitatu Ausona in valle riupullo iuxta flumen Tezer. Per hanc scripturam donationis mee dono atque concedo ad

sanctum Johannem suprascriptum omnem alodem meum qui fuit de Raimundo Guilabert, quem ego emi de Wielmo comite. Et est iste alodus in comitatu Cerritanie in pago leuvense (liuiense) in parrochia Sancte Marie que vocant Tollonis, vel in eius terminos et in eius aiacentiis cum illorum afrontationibus et cum domibus que in eadem villa sunt cum hominibus vel feminis et pertinentiis universis simul cum ipso alodio qui est in Galliça (1), vel eius aiacentiis et pertenenciis, qui fuit de Raimundo Guilabert cum eixiis et regresiis earum propter mea bona voluntate, id est, sunt casas, casalibus, curtis, curtalibus et orreo qui idem est et ortis, ortalibus, terras et vineas, cultas et ermas, pratis, pascuis, silvis, garricis, iraductibus et reductibus omnia et in omnibus quidquid dici vel nominari potest, qui michi advenit per comparationem vel per qualescumque voces; sic dono ista omnia superius scriptum per franchum alodium ad sanctum Iohannem supra scriptu sine ulla reservatione. Sane quod si ego donator aut ullusque homo vel femina qui contra ista carta donationis venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vindicare quod requirit sed, componat ista omnia superius scripta in duplo cum sua inmelioratione. Et in antea ista carta donationis firma et stabilis permaneat, modo vel omnique tempore et non sit disrupta. Facta ista carta donationis III nonas septembris, Anno IIII Regnante Philipo Rege in Francia. Sig + num Wielmus, qui ista carta donationis fieri iussit et testes firmare rogavit. Sig + num Seger Guilelmi. Sig + num Pere Ebles. Sig + num Guilelmus bernardi. Sig + num Ugo sacerdos. Sig + num Raimundus, lector, qui ista carta donationis rogatus scripsit, subscripsit die annoque prefixo.

(Arx. S. Juan Abad. Perg. plec Ir n.° 423).

VI bis: pag. 152, n.° 161

29 desembre 1069. Bisbe d'Urgell: Homenatge.

479.—Notum sit et est hominibus presentibus; presentis et futuris qualiter umusquisque; de episcopis qui nunc est et in antea erunt sedis vrgellensis . debent et debet esse

(1) En el Capbreu de les rendes del Monastir es transcriu axís aquest alou: «Mas deu gelabert de Galiça parrochie sancte Eulalie». Vol. 11 de Cerdanya fol. 173 i seguens. Arx. ibid.

propriis iuribus; hominem de Comite Cerdaniense pro episcopatu Cerdanie. qui est alme marie sedis predicte. Idcirco Guilelmus gracia dei comes Cerritaniensis requisiuit Guilelmum episcopum vrgellensen . ut predictum episcopatum esset manibus suis homo . et per suam manum eum acciperet. Iam dictus uero episcopus recognouit hoc iustum esse et uerum . coram magna multitudine hominum quod iam dictus comes ei requirebat . uoluit se manibus ad illum comendare pro iam dicto episcopatu sicut anteriores episcopi qui fuerant de predicta sede fecerunt ad omnes comites qui umquam fuerunt de cerritania. et sicut ipse prefatus episcopus fecit ad patrem iam dicti comitis Guilelmi. Iam dictus quoque comes Guilelmus audita hac recognitione a prefato episcopo qui suus unus de melioribus propinquis erat maximeque pro nimio amore quoque eum dilexerat: noluit suum homenanticum accipere. sed dedit ei iam dictum episcopatum integriter. In tali tenore. ut dum uiuit iam dictus episcopus pro prefato episcopatu. non se comendet manibus ad predictum comitem neque ad ullam suam proieniem neque ad ullum uiuentem qui unquam teneat vel habeat prefatum comitatum Cerdanie. Verum pro hac condonacione homenatici quam annuit ueritatem iam dictus episcopus. illo defuncto episcopo Guilelmo iam meminato. iam amplius ullus uiuens episcopus non sit in predicta sede qui hanc condonacionem requirat ad prephatum Comitem. neque ad ullam suam proieniem neque ad ipsum qui habuerit uel tenuerit predictum comitatum. sed delibere sit suus homo manibus suis de predicto comite vel de illo qui habuerit prefatum comitatum vel tenuerit, et accipiat pro eo episcopatum iam dictum. Actum est hoc. IV.° Kalendus Ianuarii in X.° anno regnante rege philippo, in presentia Raimundi archiepiscopi predicte sedis. et ysarni Canonici et Gauuberti Guilelmi de lauanca et bernardi et Raimundi Guadaldi et bernardi ysarni de lauancia et arnalli riculfi et bertrandi bernardi et arnalli oliue et bernardi arnalli et arnaldi udalgarii et berengarii Raimundi et aliorum nobilium hominum ibi manencium et Miro Guilelmi uice comiti urgelli. Bernardus quod est + scriptor. Guilelmus gratia dei urgellensis episcopus + .

Lib. feudorum. doc. 56. Marc. Hisp. col. 1150.

De ista hora in antea ego Guilelmus episcopus filius qui fui Guifle Comitisse (iuro) quod fidelis ero ad te Guilelmum Comitem filius qui es adale comitisse sine fraude

et ullo mallo ingenio. et sine ulla deceptione et sine engan per directam fidem. Et de ista hora in antea. ego predictus episcopus non dezebre te predictum comitem de tua uita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent neque de tuos comitatos vel comitatis neque de tuos castellos rochas vel puios condirectos vel heremos terram et honorem alodes uel feuos quod tu predictus Comes hodie habes, vel habere debes, et in antea adquisieris cum meo consilio. No to tolre ni ten tolre ni ten cuganare ni ten dezebre ni ten uedare ni ten uedere nec ego predictus episcopus nec homo nec homines femina nec femine per meum consilium nec per meum ingenium sed tutor te sere a tener et ad auer contra cunctos homines vel feminas sine tuo engan. Et si homo est aut homines femina uel femine que tibi tollat vel tollant uetet uel uetent ista omnia supra scripta aut de predictis omnibus, ego prefatus episcopus de sic illa hora in antea finem nec societatem non aurat ni tenre cum illo vel cum illos cum illa vel cum illas ad tuum danpnum me sciente donec tu predicte Comes recuperatum habeas hoc totum quod perdideris de iam dictis omnibus sine tuo engan et per quantas vegades men recheras o men comonras per nomen de isto sacramento per te ipsum vel per tuos missos vel missum, ego predictus episcopus de predicta omnia aut de quod tibi nuntiauerit de predictis omnibus, adiutor ten sera contra omnes uiuentes sine tuo engan et de ipso adiutorio no ten enganare ne comonire no men uedare per ullum ingenium. Et ego predictus episcopus de ista hora in antea adiutor ero ad te predicte comes de ipsa paria de yspania sine tuo engan contra omnes uiuentes donec integriter recuperata habeas ea sicut habuit melius ullus Comes de cerritania per quantes vegades men comonras o men comoniras per te ipsum aut per tuos missos aut missum. Sicut supra scriptum est si to tenre et to attendre ego predictus episcopus ad te predictum comitem sine tuo engan.

Liber feudorum doc. 57

VII: pág. 153, n.º 162

10 febre 1069. Planolas: Cruells.

480.—In nomine Domini; ego Gerallus Guillemi et uxor mea Benedia donatores sumus domino Deo et alme

Dei genitricis Marie Sedis Urgellensis et eius canonice Per hanc scriptura donacionis donamus alodem nostrum qui est in comitatu Cerritaniense in valle Planezes in locum que vocant Chrosels; qui nobis advenit de parentorum et de comparacione sive per ullarumque voces. Et abet affrontaciones de una parte in monte de Tosa, et de II.ª in castrum de Ribes, et de III.ª in Hera mala, de IIII.ª in villa de Tosos. Quantum infra istas afrontaciones includunt sic donamus Domino Deo et alme Dei Genitricis sancte Marie Sedis Urgellensis et eius canonice; istum alodem casas casalibus, curtis curtalibus, ortis ortalibus, terras et vineas, cultas vel ermas cum illorum arboribus diversi generis portis pascuis silvis garricis, vie ductibus vel reductibus, aquis aquarum, molendinis, torcularibus, omnia in omnibus quantum hic abemus vel habere debemus dum nos vixerimus, teneamus ac possideamus et donamus ad eius canonice diner I, et de post obitum nostrum remaneat ad sancta Maria ad propium alaudem. Et est manifestum quod si nos donatores aut ullusque homo aut homines et feminas inquietare vel disumpere voluerint non hoc valeat vindicare quod requirit sed componat in duplo cum omni sua melioracione, et in antea ista Karta firma et stabilis permaneat in omnique tempore. Facta ista Karta donacione II.° Nonas Februarii anno X.° regnante Philipo rege. Sig + num Gerallus Guillelmi. Sig + num Benedia, qui ista Karta donacione fieri. Qui est in serra de Aglinags quem teneant ad laboracionem de eorum vita Petrus sacer qui ista carta donacione propter rogacione de supra scriptos donatores scribsit die (signum). et anno quo supra. Arnallus *(s. man)*. sacer.

(Arxiu Capitular d'Urgell, Cartulari fol 231, doc. 766).

VII bis: pág. 461 n.° 661

28 maig 1112. Bar: Conveni de feu.

481.—Hec est conveniencia que facit Raimun tedmar fili Ermengards ad arnal de torrelies filio adaltrud pro ipso feude bar que de ista hora in antea fiat illi adiutor et ualeat illi de tota sua honore de cunctosque homines exceptus comite cerritano. Et si arnal stabat male cum comite cerritano liberet illi Raimun tedmar unum cauallarium bene

garnitum que minus non ualeat de Raimun bernad de marceuol, et fiat suum hac si que Raimun bernad erat de Raimun sinfre. Et Raimun tedmar faciat hostes et caualcatas cum suo conduit ad arnal, hac si quem Raimun bernad de marceuol fadia ad Raimun sinfre, et faciat curtes et sequios et prestitos sicut homo debet facere ad suum seniorem, et in ostes et in caualcatas ubi non possit ire Raimun tedmar ab arnal seniore suo habeat illi tale cauallarium bene garnitum que minus non valeat de bernad de marceuol, et fiat suum, hac si quem Raimun bernad erat de Raimun sinfre. Et si Raimun tedmar ista conveniencia supra scripta mentia ni la falia, et inter XL. dies redreit non o auia ipsam honore que teneo per arnal siat incurgussuda in dominio et potestate de arnal de torrelies solita mente ad suam uoluntatem facere, et sunt iusores et auditores Raimun ponz de saga, et Raimun ponz de al, et Guillem ponz de al, facta ista conveniencia. V. Kalendas, iunii, anno, VI.° Regnante ledouico Rege Sig + num Raimuni tedmar filius Ermengardis, Sig + num arnalli filio adaltrud que ista conveniencia iussimus scribere, et testes rogavimus firmare. Sig + num bernardus ponz de al. Sig + num arnalli de aragal. Sig + num ponz de sta, eulalia, Guillermus sacer qui hoc scripsit.

Lib. feud. Cerrit. doc. 119.

Hec est conveniencia quem fecit berenguier filio Ermengardis, ad arnal de torrilias filio adaltrud per ipsum feuum de bar, que de ista hora in auan illi adiutor, et valeat illi de tota sua honore de cunctisque homines exceptus comite cerritano. Et si arnallus stabat male cum comite cerritano liberet illi berenguer, unum cauallarium bene garnitum que minus non valeat de Raimundo bernardo de marceuol et fiat suum hac si quem Raimun bernard erat de Raimun sinfre et berenguer faciat ostes, et chaualgades cum suo conduito, ad arnald ac si quam Raimundo bernardo de marceuol fadia ad Raimundus sinfre et faciat curtes, et sequios et pristes, sicut homo debet facere ad suum seniorem, et in hostes et in caualcatas ubi non possit ire berenguer ab arnal seniore suo, abeat illi talem cauallarium bene garnitum que minus non valeat de Raimundo bernardi de marceuol, et fiat suum hac si quam Raimundus bemardi erat de Raimundo sinfre. Et si berenguer ista conveniencia supra scrlpta mentia ni falia et inter. XL. dies redret no auia ipsam honorem quem tenet

pro arnald fiat incurgussuda in dominio et potestate de arnaldo de turrilies solidata mente ad suam uoluntatem facere et sunt iussores et auditores Raimundus poncii de saga et Raimundus poncii de al. Facta ista conveniencia fuit scripta. idus octobris. Anno M.° C.° XX.° VIII.° incarnacionis ihu Xi. filii dei Regnante ledouico Rege francorum. S + num berenguer filio Ermengardis. S + num arnall filio adaltrud qui ista conveniencia iussimus scribere et testes rogauimus firmare. S + num bernad ponz de al. S + num berenguer de sagua. S + num Guillermi de saga. Guillermus presbiter qui hoc scripsit + die prenotato et anno.

Lib. feudorum Cerritanie, doc. 120.

VII. ter: pag. 461 n.° 662

26 febre 1134. S. Marti, Cheralt i Miralies: Conveni.

482.—Conveniencia facta inter dominum ac ven. R. comitem barchin. et Petrum R.i uicecomitem castri boni.

Ego Raimundus berengarii barchinonensis comes et marchio, comendo tibi Petro Raimundi uicecomiti de castro bono ipsum castrum de sto. martino et ipsum de cheralto et ipsum de miralies et fortitudines que in eorum terminis sunt et dono tibi ipsos feuos de uice comitatu cerritanie, excepta tercia parte de ipsa dominicatura quam dimittis Gaucerando propter tuum placitum et finem. Et ego iam dictus Petrus raimundi uice comes conuenio tibi Raimundo comiti barchinonensi seniori meo quod fidelis ero de ista hora in antea de uita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore que modo habes uel in antea adquisieris deo iuuante adiuuare et defendere contra homnes homines uel feminas sicut homo debet facere suo meliori seniori. Iterum conuenio tibi quod donem tibi potestatem de supradictis castris, nominatim de sto. martino et de cheralto et de miralies et de omnibus que in eorum terminis sunt uel in antea erunt... Actum est hoc IIII° Kal. marcii anno XXVI regni ludouici Regis.

Lib. feud. Cerrit doc. 85.

Sequitur Sacramentale de eodem: doc. 86.

VIII: pag. 161 n.° 182

25 maig 1148. Conveni dels Comptes de Barcelona y Urgell.

483.—Hoc est translatum bene et fideliter sumptum die vicesima octaua aprilis, anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, sumptum a quodam translato in pergamino scripto tenoris sequentis:

Hoc est translatum fideliter sumptum octauo idus martii anno domini millessimo CCC.° vicessimo quinto a principio et fine tenoris cuiusdam carte inuente in quodam regestu in pergamino scriptum; quod Regestum predictum, est in domo Gardemii, Ciuitatis Ilerde, cuius quidem tenoris dicte carte Regestate principium est quod sequitur:

Hec est conuenientia que est facta inter Raymundum, comitem barchinonensem et Ermengaudum, comitem vrgellensem: donat namque comes barchinonensis predicto comiti urgellensi per feuum ciuitatem ilerdam cum omnibus terminis suis; videlicet: de termino de aiabut vsque ad terminum de cerberis. Et donat ei tertiam partem totius Ilerde et termini eius in omnibus rebus in dominio; Retentis duabus partibus sibi in omnibus: et dat eidem Ciuitati terminos suos in omnibus locis ubicumque debet habere; exceptis terminis castellorum. Et comes vrgellensis de ista sua tertia parte possit dare quantum voluerit, et cui voluerit. Similiter comes barchinone de duobus partibus suis possit dare quantum voluerit et cui voluerit. Et comes barchinonensis in duabus partibus suis donet milicie templi Iherosolimitani illam quintam partem, quam ipsa milicia debet habere de tota ciuitate Ilerde et de terminis eius in omnibus. Et in illa quinta parte jam dicta ipsius milicie, Comes urgellensis, aut ullus homo per eum, non habeat ullum senioraticum neque ullum districtum aliquo modo.

Finis autem tenoris dicte carte Regestate est qui sequitur:

Ffacta carta conuenientia VIII Kalendis iunii, anno dominice incarnationis millessimo. C.° XL.° VIII.°, Regnique lodouici Regis iunioris anno XI.°

Sig + num Raymundi, comitis. Sig + num Ermengaudi. comitis. Sig + num Guillermi Raymundi dapiserii. Sig + num Guillermi de castro uetulo. Sig + num bemardi de bello g. Sig + num berenguerii de anglerola. Sig + num poncii scriptoris, qui hec scripsit. Sig + num arnalli de

pontes. Ego petrus ortiui publicus ilerde notarius, ut testis subscribo. Ego Guillelmus peregrini notarius publicus ilerdensis hic me pro teste subscribo.

Sig + num mei Iordani gueraldi notarii publici ilerde, qui translatum scripsi. Sig + num luce martini publici Regia auctoritate notarii in hoc translato ut testis me subscribo. Sig + num Iohannis ferrarii, oriundi ville scatlle scatlle, vicinique Ciuitatis Ilerde auctoritate regia notarii publici, huius translati testis.

Sig + num mei Saluatoris petri, Regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominationem Illustrissimi domini Regis Aragonum, qui hoc translatum a quodam alio translato fideliter sumpto scripsi et clausi; cum suprascriptis in lineis III, tenoris; et in IIII, est; et in VIIII, et cui voluerit; constatque de rassis et smendatis in lineis VI, de termino; et in eadem, Ilerde; et in XI qui.

Puigcerdà A. M. Documen del seg. XII any 1148.

IX: pág. 162 n.º 183

9 juliol 1148. Caborriu: Dotació de la iglesia.

484.—Exemplum bene fideliterque sumptum a quodam publico et auctentico instrumento, non vitiato non cancellato, neque in aliqua ejus parte suspecto, cujus quidem thenor sub his sequitur verbis=Anno centesimo trigesimo septimo post millesimum ab Incarnatione Domini, era millesima vigesima septima, indictione prima, Dei nutu actum est, quod Venerabilis V. (vir) Elnensis Episcopus venerit apud Sedem gloriosisime Virginis Marie Urgelli, quem bone memorie Petrus, ejusdem Sedis Episcopus devotissime suscepit, atque ut secum aliquantulum temporis moraretur humilissime rogavit, eodem vero tempore parrochiani de Caputrivo Ceritanie perfecerant Ecclesiam in honorem Beati Saturnini Pontificis et Martiris, quam ut prefatus Urgellensis Episcopus consecrare dignaretur unanimiter rogaverunt, quorum partibus jam dictus Episcopus benigne acquiescens ad consecrandam Ecclesiam una cum Reverendissimo Elnensium Episcopo letus pervenit. pref. (id est Prefati) autem parrochiani obtulerunt Ecclesie et Episcopo omnia necessaria, que ad jus Ecclesie pertinent: Cimiterio triginta passuum, Primicias, oblationes, tertiam

partem decime, luminaria, defunctiones, alodia, et omnia canonice acquisita aut acquirenda; et, quoniam dos predicte Ecclesie scripta nondum erat, Bemardus Guillermi, ceterorum parrochianorum rogatu, Episcopo Elnensi. qui Urgellensis Episcopi obsecratione prefatam Ecclesiam dedicavit, fidem dedit atque per ducentos solidos firmavit ut et dos scriberetur et per idoneos testes confirmaretur. Ego vero Petrus, Urgellensis Episcopus hec omnia nobis oblata donamus et concedimus predicte Ecclesie Sancti Saturnini, sicut hi termini ambiunt: ab Oriente trergostal, a meridie Pendis, ab Occidente vias juntas sicut acqua pendit, a Septentrione, grassantul: de hoc vero quod pertinet ad Mansum de Grassantul, medietas decimi et primicie sit Sancti Saturnini et alia Sante Marie de Cabanaria; (1) Durandi de Lauja a Val medietas decimi et primicie est Sancti Saturnini et alia medietas Sancte Marie de Manso de Salguera: duas partes decimi et primitie sunt Sancti Saturnini: de la Condomina que est ante Molendinum de Salguera, decimum et primitia est Sancti Saturnini de predicta; sicut via vadit ad Sanctum Augustinum est terminum Sancti Saturnini, et accipit decimum et primitias, excepto alodio Sante Marie; et hoc quod homines Sancte Marie ibi laborant desubtus via, hoc quod est de Mansibus de Parrochianis de Caborriu, decimum et primicia est Sancti Saturnini. Ecclesia Sancti Martini de Villa vedra est sufragania Sancti Saturnini et decimas et primicias accipiunt clerici Sancti Saturnini et oblationes et deffunctiones et omnia que ad Clericos pertinere debent, Clerici vero Sancti Saturnini decantent ipsas Ecclesias sicut nunc nobis relatum est a Parrochianus. Ita ego prenominatus Episcopus Petrus jubeo ut scribatur et firmetur. Consecrata perfecto (profecto) fuit Ecclesia Sancti Saturnini a Venerabili V. (viro) Elnensi Episcopo et Petro Urgellitane Sedis Pontifice, septimo idus Madii et anno superius scripto a Christi incarnatione et recondiderunt ibi reliquias Sancti Saturnini Martyris, et Sanctorum Gervasii et Protasii, et Sanctorum Nazarii et Celsi, et Sanctarum Puellarum, et Sancti Ciriaci.

Prescripta est hec dos jussu Venerabilis Bernardi Urgellensis Episcopi, septima idus julii, anno centesimo quadragesimo octavo post millessimum, qui, ostensa sibi

(1) Segons la tradició les primitives cases de Talló eren cabanyes de pastors, tambe cabanes sinonim de remats d'ovelles en documens del seg. XIV.

dote Beati Martini de Villa vedra, precepit siquidem, ut hec dos que, quorumdam negligentia, usque ad novem annos a consecratione jam dicta fuerat prolata, scribe retur.

Sig + num Bermardi Guillermi. Sig + num Guillermi Collararii. Sig + num Guillermi de Altaripa. Sig + num Raymundi Guillermi. Sig + num Bemardi Raymundi. Sig + num Jordanis. Sig + num Raymuddi Augerii. Sig + num Raymundi Sinfredi. Sig + num Girberti Archidiaconi. Sig + num Poncii Dacani.

Bemardus, Urgellensis Episcopus, qui hoc laudo Oto Presbiter rogatus prescripsit + die et anno quo supra.

Copia hujusmodi in his duobus paperi foliis sumpta et extracta fuit e folio centessimo decimo nono Regestri vigessimi septimi archivi Regii Patrimonii Comitatuum Rossilionis et Ceritanie, et cum eodem Regestro veridice comprobata per me Josephum Franciscum Bosc, auctoritate regia Notarium publicum Collegiatum oppidi Perpiniani Elnensis Diocesis ac Scribam domus et Curie dicti Regii Patrimonii; Et ut eidem copie in judicio et extra, plena detur fides, ego idem Josephus Franciscus Bosc Notarius et Scriba jam dictus, hic me subscribo, et meum solitum appono sig + num.

X: pág. 163 n.º 184

17 abril 1150. Capbreu del comte Berenguer IV en la Vall de Querol.

485—Hec est comemoratio de honore et eximentis quem Barchinonensis comes habet apud Cherol et in suis terminis. Habet namque ibi VII mansos et V bordas et exeunt inde de taberna XLVII modios et I quartal de ordeo et accipit ibi de ublies III modios et V porcs et V arietes et XVI pernas et I gallinam et preter hoc habet ibi XIIII quarters de ariete et III de porco et XVI fogazas de ublies et XVIIII canatas de vino et II juntes arietis et per traginum unius casalis VI quartals de blad et donant omnes ipsi homines qui in isto honore faciunt formatges unusquisque homo X formatges et habet comes in isto honore III asinos preparatos eundi in hostem et preter hoc suas tragines et operas et de fructu terrarum donant in uno loco taschan

et in aliis locis terciam^partem et habet comes in omnibus gallis salvaticis medietatem et habet ibi suas chestes de C. solidis et preter his habet ibi bajulus X solidos et habet ibi comes III quartas cibarie et II sesterios et ex alia parte II sesterios rasos et emam I ordei et I canal de ariete et omnia stachamenta et placita et justicias et homicidia et adulteria et arsines et XVIIII ova et exorchies. Et habet ad Rialtes IIII sesterios talliatos. Juravit hanc comemorationem Bernardus Guillelmi, bajulus de Cherol, super IIIIor Evangelia ad fidelitatem comitis, in manu Bertrandi de Castelleto, omnia directa comitis esse fideliter scripta et testata ante ecclesiam sancti Martini de Ixio. Et exit ad comitem de valle Annorra, per censum, XII pernas bonas; et de Sobergen et de Ax VIII pernas bonas... Acta est ista carta supradicte comemorationis XV kalendas maii anno XIIII regni Lodoici junioris; et fuit scripta ante ecclesiam sancti Martini de Ixio in presencia Raimundi, Urgellensis archidiaconi et Cirritanie judicis, et in presencia presbiterorum ejusdem ecclesie et proborum hominum ipsius honoris...» (Pergamí 233 de Ramón Berenguer IV a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.)

Publicat en Privilegis i Ordinacions de les Valls Pirinenques editats per Ferran Valls Taberner. II. Vall d'Aneu, Vallferrera i Vall de Querol. pàg. XXV. 3.

XI: pág. 165 n.° 189

10 octubre 1170. Pardinas: Sta. Magdalena.

486.—Anno dominice incarnationis M.° C.° LXX.° VI.° idus octobris era C.ª VIII.ª ueniens uir uenerabilis A. dei gracia urgellensis episcopus in parrochiam sue diocesis nomine pardinas, rogatu R. de ripis et raimundi iohannis eiusdem parrochie cappellani et omnium parrochianorum, necnon et humillimis precibus cuiusdam famuli Dei, nomine bernardi, accessit ad quoddam oratorium in eadem parrochia consecrandum, quod predictus famulus Dei B. suis iustis profligacionibus et elemosinis adquisitis a fundamentis construxerat, et deo et predicto episcopo consecrandum optulerat. Adquiescens igitur predictus episcopus, eorum justis peticionibus, consecravit predictum oratorium in nomine domini nostri ihu, X.i et sancte Marie Magdalene, et

reposuit ibi reliquias beatorum martirum iustini et paulini, constituens et perpetua stabilitate confirmans, ut predictum oratorium sancte Marie Magdalene, cum omnibus ad illud pertinentibus et cunctis adquisicionibus semper sit sufraganeum atque subditum ecclesie beati stephani de pardinas et clericis ibi degentibus; ita quod nullus alius clericus habeat licentiam ibi ministrandi vel aliquod diuinum officium celebrandi sine licencia et voluntate clericorum beati stephani; sed ipsi clerici beati stephani, quando eis licitum fuerit vel eis placuerit, celebrent ibi missam pro amore Dei et beate Marie Magdalene: et non fiat ibi babtismus neque sepultura. Ut hoc autem semper firmum et inconuulsum permaneat, et predictum oratorium nulla racione a subieccione beati stephani et clericorum eius disiungi ualeat, consentit predictus cappellanus cum clericis suis, quod episcopus urgellensis et succesores sui semper habeant de predicto oratorio annuatim libram unam de cera, in sinodo quadragesimali. Constituit autem predictus venerabilis pontifex ut oratorium beate Marie Magdalene jam dictum, nullus umquam hominum uiolare vel perturbare seu aliquid inde auferre presumat, sed semper ab omni violencia et exactione seu potestate laicali sit liberum. Si quis tamen hoc infringere temerario ausu temptauerit, tamquam sacrilegus et invasor iudicetur et anathematis gladio feriatur. Sig + num Arnalli Urgellensis episcopi. Sig + num Poncii archidiaconi. Sig + num Willelmi Urgellensis cantoris. Sig + num Raimundi de ripis. Sig + num guillelmi raimundi. Sig + num Petri ermemir. Sig + num guillelmi arnalli. Sig + num Bernardi predicti oratorii fundatoris. Sig + num Raimundi capellani de pardines, qui et hoc scripsit die et anno quo supra.

Del arxiu Capitular de Urgell.

XI. bis: pág. 462 n.º 663

2 juliol 1171. Montellá: castelló.

487.—Ego ildefonsus dei gratia Rex aragonum Comes barchinone et marchio prouincle, concedo tibi Arnaldo vrgellensi episcopo et successoribus tuis illam rocham et illum castrum de casteione. Tali scilicet modo quod donetis mi inde et meis successoribus potestatem irati et paccati cum

fori factura et sine fori factura. quocienscumque per nos uel per nuncium nostrum uel nuncios nostros uobis mandauerimus, nec inde nobis nec nostris malum ullum exeat. Liceatque nobis et nostris quandocumque uoluerimus iam dictam rocham et castrum accipere et destruere. nec liceat uobis uel uestris successoribus mittere ibi castelanum sine nostro nostrorumque consilio. Est autem iam dicta rocha et castrum in beridano in uilla nostra de monteliano. Signum + ildefonsi regis aragonum. Comitis barchinone et Marchionis prouincie. Actum est hoc apud tarrachonam VI. nonas iulii Anno domini M.° C.° LXX.° I.° Sig + num Guilelmi Raimundi dapiferi. Sig + num arberti de castro uetulo. Sig + num Geraldi de iorba. Sig + num arnaldi mironis Comitis palearensis. Ego bernardus de calidis scriba domini Regis scripsi hanc cartam cum litteris rasis in linea IIII.ª et feci hoc Sig + num.

Liber feudorum Cerritanie, doc. 58.

XII: pág. 171 n.° 196

16 mars 1177. Montcerda: carta de repoblació.

488. — Mutacio ecclesie beate marie de loco de hix in monte cerdano eo quia villa de hix fuit mutata per Regem Ildefonsum in monte cerdano.

Notum sit cunctis quod ego Ildeffonsus Dei gracia Rex aragonenssis Comes Barcinonensis et marchio prouincie. ob vtilitatem et commune commodum tocius Ceritanie. villam de hix mutare feci in loco nominato Monte Serdano. veniens autem ante presenciam nostram Arnaldus de Perexens vrgellensis Episcopus nos rogauit, quod in predicta villa locum ei assignaremus et daremus in quo ad honorem dei et alme marie sedis vrgellensis ecclesiam edifficare et domos construere posset. Cuius precibus obtemperantes Berengarii Tarraconensis Archiepiscopi ceterorumque episcoporum et discretorum virorum terre nostre habito consilio in predicta villa de monte cerdano locum ei donauimus in quo edificare ecclesiam posset et domos construere eo tamen quod idem locus in episcopatu suo est vbi absque voluntate sua nulli licitum est edificare ecclesiam vel oratorium tum quod prioris ville de hix ecclesia predicti episcopi et antecessorum eius constat semper fuisse, et

propter permutacionem ville episcopo et ecclesie vrgellensi suum jus diminuere nolumus: (Idcirco) jure et rationabiliter prenominatum locum jam dicto Episcopo eiusque succesoribus et vrgellensi ecclesie donamus. euacuamus deliberamus ac presencialiter imperpetuum habendum et libere possidendum tradimus. Ita quod nulli alii in eadem villa vel in eius terminis ecclesia vel oratorium licitum sit edificare sine predicti episcopi voluntate vel eius succesorum. Nos siquidem conuenimus predicto episcopo et succesoribus eius quod semper simus defensores et adintores contra cunctos homines et feminas ad predictum locum denfendendum et tuendum. Et si quis contra hanc donacionis cartam ad diripendum venerit nil valeat sed semper firma permaneat et insuper in dupplo componat. Actum est hoc xvii Kl. apprilis apud Ilerdam Anno Domini Millesimo C L XXVII°.

SSignum + Ildefonssi regis aragonensis comitisque barcinonensis et marchionis prouincie qui hanc cartam scrivi testibusque firmare precepit.

SSignum + Sancie regine aragonis comitisse barchinone et marchisie prouincie.

SSig + num Berengarii Illerdensis ecclesie electi (1) et abbatis montis aragonis.

SSi + gnum blasche ach roman. SS + gnum sanctii de mataplana.

SSi + gnum vgonis fuscii (2). + Berengari tarraconen archiep.

SSig + num Berengarii de parietibus notarii domini Regis qui hec scripsit die et anno quo supra.

Trascrit en D. O. fol. 6.

(1) En 1179 ja hi consta efectiu. Bofarull, Cond. Barc, II. p. 190, (3).
(2) Villanueva Viej. lit. IX p. 283 transcriu la firma de Hugo de Foix avans de la de Sanx de Mataplana.

XIII: pág. 177 n.º 197

11 octubre 1177-79. Montcerdá: confirmacio.

489. – Alexander Episcopus Servus. Servorum Dei. Venerabili fratri A. Urgellensi Episcopo. Salutem et Apostólicam benedictionem. Ad aures nostras te significante pervenit, quod cum Karissimus in xo. filius noster A., illustris Aragonensi Rex, villam quandam que yx dicebatur, in quendam montem arduum et difficilem transferri fecisset, de consilio Terrachonensis Archiepiscopi et Episcoporum qui ibi presentes aderant, tibi locum in villa de novo constructa, quam vocavit Montem Cerdanum ad quam tui parrochiani confugiant, assignavit, ubi domos et ecclesiam construxisti, ut sicut in priori ita et in posteriori loco ecclesiam quam tibi subesset haberes. Tamen, quia ecclesiam illam Auctoritate tibi postulas Apostolica confirmari, nos tuis postulationibus effectum facilem indulgentes, ecclesiam ipsam cum omnibus bonis et possessionibus suis, quas in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis possidet modis, Deo propitio, poterit adipisci, sicut eam canonice tenere dinosceris, tibi tuisque successoribus Auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scriptis patrocinio communimus; arctius inibentes ne quis in prescripta villa, cum tibi sit parrochiali iure subiecta, sine assensu tuo vel successorum tuorum de novo ecclesiam seu oratorium, salvis privilegiis Apostolice Sedis, edificare presumat. Nulli, ergo, omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis seu constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Tusculanum V.º Idus Octobris. (Arxiu Capitular d'Urgell: Cart. vol. I, f. 201, d. 654).

XIV: pág. 179 n.º 201

31 octubre 1181. 1.er Privilegi del Rey Alfons: afranquiments.

De affranquimento questie, et seruitio, et leuda, et pedagio

490.—Notum sit cunctis. Quod Ego Ildefonsus Dei gratia rex aragonum, comes barchinone et Marchio prouincie, ffacio vos omnes homines qui estis populati in podio cerdano vel in antea ibi veneritis populare, franchos et ingenuos ab omni questia et ab omni seruitio ita ut non respondeatis michi nec homini pro me de alio seruitio nisi de host et de iustitiis. Preterea concedo et dono vobis omnibus presentibus et futuris ut non detis lezdam neque pedaticum per totam meam terram de ulla re.

Hoc donum et franquitatem facio uobis omnibus populatoribus presentibus atque futuris de podio cerdano et omni generationi et posteritati uestre semper in perpetuum propter hoc ut illam uillam de podio cerdano claudatis et ut forciam ibi faciatis.

Ideo mando et uolo ut omnis homo vel femina, qui ibi populauerit, vadat et veniat, et sit salvus et securus cum omnibus suis rebus, et nullus ei malum faciat nec contradicat, et sint omnes sub meo guidático: et qui eis vllum malum uel forciam fecerit, iram meam incurret et milie sol. michi paccabit.

FFacta carta apud Ilerdam pridie Kal. Nouembris, anno domini M.º C.º LXXX.º primo.

Sig + num Ildefonsi Regis Aragonum, Comitis barchinone et Marchionis prouincie.

Sig + num petri de alazuri. Sig + num Arnaldi de samatano. Sig + num Petri Raimundi bernardi. Sig + num ponci de liuia. Sig + num poncii de ceruaria. Sig + num arnaldi de erill. Sig + num berengarii de parietibus notarii domini Regis qui hanc cartam eius mandato scripsit.

Llibre vert. fol. 1.

XV: pág. 180 n.º 203

Juny 1182. 2.on Privilegi: donacions.

491.—De affranquimento seruicii uel census intestie et exorquie; et donatione lignorum et aquarum et nundinarum; et affranquimento leude et pedatici.

In dei nomine et eius divina gratia sit notum cunctis: quod ego ildefonsus dei gratia rex aragonensis, comes barch., marcheo prouincie, bono animo et spontanea voluntate dono atque in perpetuum concedo uobis omnibus populatoribus de monte cerdano qui modo ibi estis populati et in antea ibi veneritis populare, ut vos et omnis generatio et posteritas uestra et filii sitis franchi et liberi cum omnibus rebus vestris vbicumque per totam meam terram habueritis: Ita ut michi nec homini pro me nec vlli alii hominum vel femine non faciatis nec respondeatis de ullo seruitio uel censu nec de ulla alia re quam vllus homo vel femina facere debeat domino suo, nec de intestatione vel de exorquia respondeatis, nec sitis sub potestate alicuius hominis vel femine. Dono etiam vobis et concedo in perpetuum ut habeatis et accipiatis per omnia loca ligna et aquas et paschua, et possitis habere alia omnia, que uobis necessaria fuerint ad vestram propriam uoluntatem.

Concedo etiam uobis illud forum quod est constitutum infra villam et promitto quod illud non mutem inde de cetero; ita quod non stringatur, nec peyoretur, et vadat inde semper caminum rectum. Concedo etiam vt nullus qui inter vos non sit populator et habitator sit ausus aliquo modo ibi vendere per tayl nec tenere tabulam.

Concedo preterea vobis in perpetuum firam annuatim in festivitate sancte marie, mediante augusto. Concedo et uolo etiam quod, si aliquis alicui uestrum iniuste et sine ratione malum facere temptauerit, possitis illum malefactorem distringere sine assensu mei báiuli, donec malefacta plenarie et integre uobis restituat; et propter hoc meus báiulus uos non possit uocare nec distringere.

Preterea concedo quod omnis populator habens ualentem mille sol inter mobilem et immobilem, credatur per sacramentum de placito C. solidorum sine alio iudicio et absque prelio.

Concedo etiam uobis quod per totam meam terram non donetis lezdam neque pedaticum nec ullum vsaticum de ulla re vestra michi nec ulli alii hominum.

Insuper recipio uos et omnes res uestras in mea proteccione et defensione et in meo securo ducatu; et illos nominatim onmes, qui uenerint ad supradictam firam; ita ut nullus sit ausus uobis, nec illis, nec rebus uestris aliqua occasione aliquid tangere nec demandare nec ullum malum uel contrarietatem facere per totam meam terram.

Retineo tamen ibi per omnia loca iustitias, et ut sequamini me in caualcatam et oste quando vobis mandavero de terenera usque ad sedem urgelli.

Supradictam autem franquitatem et donum facio vobis et vestris et omni generationi et posteritati vestre in perpetuum sicut melius et intelligi potest et dici ad vestram vestrorumque voluntatem et utilitatem, salvis meis directis; excepto quod non respondeatis michi nec ulli alii homini de exorquia nec de intestatione.

Item concedo quod semper sit illud forum, sicut constitutum est infra illam forciam intus. Facta carta apud Ilerdam, mense iunii, anno Domini M.° C.° LXXX. II.

Signum + Ildefonsi regis aragonum. Comitis barchinone et Marcho prouincie.

Signum + Petri, dei gratia, regis aragonum, comitis barchinone. (1)

Ego ferrer notarius domini regis hoc signum feci. Sig + num Raimundi petri. Sig + num arnaldi de samatano. Petri de lerad. Sig + num G. de anglerola. Sig + num arnaldi de samatano. Sig + num petri majoris domo. Sig + num petri. balb. Sig + num poncii de liuia, baiuli de ceritania. Sig + num Berengarii de boxadoss. + Geraldi de lorba. Sig + num berengarii de vilafrancha. Sig + num G.i de mornach. Sig + num berengarii de parietibus, notarii domini regis, qui hanc cartam eius mandato scripsit cum literis rasis in linea decima, et XIX suprapositis.

Llibre vert. fol. 1, v.° (2.on pr.).

---

(1) Aquesta firma del Rey Pere confirma el privilegi otorgat per son pare el Rey Alfonso. Veg. Confirm. de 22 mars. 1338 y duplicat 3 setbre. 1344. Editats en 14 desbre 1703 am l'anterior.

XV: bis: pág. 462 n.º 664

Desembre 1183. Nahuja, Ro: fortaleses.

492.—Sit notum cunctis quod ego Ildefonsus d. g. r. a. c. b. et m. p. dono atque concedo tibi Gauceraudo de vrgs quod facias forciam in anauga, terream uel lapideam qualemcumque facere uolueris. Tali scilicet modo quod tu et omnes tui successores qui locum illum habuerint habeatis per me et successores meos forciam illam et faciatis nobis hominium et seruicium et donetis inde mi et meis successoribus potestatem irati et paccati quociescumque uobis mandauerimus ego uel nostri successores per nos uel per nuncios nostros et super hoc non uetabitis nos uideri uel commoneri nec uos absentabitis aliquo modo. Vt autem hoc totum sicut superius scriptum est uobis domino Regi et vestris pro bona fide et sine omni dolo malo ego Gauceraudus iam dictus et mei successores attendamus in perpetuum et compleamus, facio uobis hominium et fidelitatem et promitto uobis attendere et complere per bonam fidem et sine omni enganno, sicut melius dici et intelligi potest ad uestrum uestrorumque saluamentum. Actum est hoc apud vicum, mense decembri. Anno domini M.º C.º LXXX III.º Sig + num Ildefonsi Regis aragon. comitis barch. et marchionis prouincie. Sig + num Gaucerandi de urg. S + n. Poucii de ceruaria. S + n. Guilelmi de tanor. S + n. Guilelmi de son. S + n. Petri xemeniz. Ego bernardus de calidis scriba regis scripsi hanc cartam cum litteris rasis et emendatis ac supra positis in linea V.ª et feci hoc Sig + num.

Lib. feudor. Cerrit. doc. 99.

Sit notum cunctis quod Ildefonsus d. g. r. a c. b. et m. p. dono atque concedo tibi Poncio de lileto quod facias forciam in arrone terream uel lapideam q. q. uolueris. Tali scilicet modo quod tu et omnes tui successores qui locum illum habuerint habeatis per me et successores meos illam forciam et faciatis inde pacem et guerram per nos, et teneatis ipsam forciam ad nostrum seruitium et faciatis nobis inde hominium et fidelitatem et donetis nobis et meis per nos in perpetuum potestatem de illa forcia irati et paccati quocienscumque a nobis uel nostris fueritis commoniti et super hoc non uetabitis uos uideri uel commoneri, nec uos absentabitis aliquo modo. Vt autem hoc totuu

sicut superius scriptum est uobis domino Regi et vestris pro bona fide et sine omni dolo malo attendatur et compleatur ego Poncius de lileto facio uobis hominium et fidelitatem. Actum est hoc apud uicum mense decembri. Anno domini M.° C.° LXXX.° III.° Signum + Ildefonsi Regis Arag. c. b. et m. pr. Sig + n. Poncii de lileto. Si + n. Poncii de ceruaria. S + n. Guilaberti de crudiliis. S + n. bertrando de sto. Garreno. Ego bernardus de calidis scriba Regis scripsi hanc cartam et feci hoc sig + num.

Lib. feud. Cerrit. doc. 100.

XVI: pág. 181 n.° 204

27 gener 1184. Maranges: desempenyorament.

493.—Notum sit omnibus hominibus quod ego Raymundus de Castellbo et conjux mea Ermessen et filius noster Arnaldus jam olim emperabimus vestras compras et vestras pignoras quas habetis factas ad nostros homines de villa Maranges et de jerul; et modo venimus cum vobis ad finem et ad bonum acort, ut de ista hora in antea habeatis licentiam per vos et per totam vestram progeniem de vestros alaudes et de vestros honores vendere, impignorare, comprare et donare et acceptare unus de altero, sicuti presentes vestri habuerunt et tenuerunt per suos usaticos cum nostros antecessores. Quod si aliquid mansum venerit ad me seniorem in exitio, et ego non potuero predictum mansum sic stabilire ut de illo habeam proprium hominem et proprium alberc; vos autem qui tenuistis ipsum alaudem faciatis nobis censum qui inde exire nobis debet: et per istam definitionem et donationem accepimus de vobis qui habetis et tenetis ipsas compras et ipsas pignoras quinquaginta solidos de dineris barchinone. Et ego Petrus de luderteres has res laudo, et autoritzo ad vos, Guillelmus de Capiteville ad Bernardus Pontius ad Guillelmus filius Arnaldi pont et ad Bernardus, Presbiter et ad Raimundus frater eius comparare et vendere et impignorare et vestram voluntatem facere; et per hoc accipio de vobis X. solidos barcs. sicut supra scriptum est. Si quis homo vel femina, (fuerit) qui hoc evertere tentauerit, componat in duplo et in antea hanc cartam firmam permaneat omnique

tempore et non sit disrupta. Actum est hoc sexta calendas februarii anno ab incarnatione Domini millessimo centessimo octuagesimo tertio. Sig + num Raymundi de castellbo. Sig + num Ermessendis, conjugis eius. Sig + num Arnaldi de Castellbó. Sig + num Petri R.i de Castellbo; nos qui hec mandamus scribere per nos et per totam nostram progeniem, et ad testes rogavimus firmare. Sig + num Petri de Luderteres. Sig + num Petri de Tartera, baiuli. Sig + num Guilelmi domenech. Sig + num Guilelmi gilberti. Sig + num Petri qui hec scripsit die et anno prefixis.

Traslat en la confirmació del Rey Jaume en Perpinya V.° idus februarii 1335. A. M. de Maranges. Perg.

Copiat en Alart Privileg. et Tit. I. p. 70, com existent en Perpinyá, Archiv. Depart B. 99.

XVII: pág. 184 n.° 208

12 agost 1190. Sanabastra: Ribera de Ger.

494. - Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam alio translato autentico, clauso et subsignato, manu et signo discreti Joannis Sala, quondam Notarii publici ville Podiceretani cujus thenor talis est:

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum et translatum in Podiceritano, quinta die mensis novembris anno a nativitate Domini millesimo quadrigentesimo vicesimo quinto a quodam publico, antico instrumento, thenor cujus est qui sequitur:

Notum sit omnibus quod ego Giraldus Vicarius et baiulus Domini Regis dono et laudo et presentialiter concedo ex parte Domini Regis et mea, imperpetuum, prata et pastura de Ribera de Sanabastra, vobis omnibus hominibus et feminis de Sanabastra presentibus et futuris et filiis vestris et filiabus et vestre progenie; et sic integre et irrevocabiliter dono et laudo et ex parte Domini Regis et mea, vobis et vestris omni tempore, cum hac presenti carta imperpetuum, aliqua supradicta prata et pastura sic (ut) continetur de ribera de Ger: et est assignatum et terminatum usque ad pratum de Alf; sub tali vero pactu ut alium bestiare sibi pasqua non habeat ultra vestram voluntatem nisi vestrum datum modo: et faciatis inde per censum

annuatim unum modium de civada cum quartallo florenti de montecerdá, in festivitate Sancti Michaelis septembris Domino Regi, et ponero de Ger (ponté? de Ger) unum quartallum; et ipse ponero de Ger sit vobis et vestris adjutor et tutor secundum suum posse de ipsis pratis pasquis, solventibus vobis ei adjutori et protectori de his ad vestram utilitatem suum censum certum; et sic pro hac donatione accipio a vobis ex parte Domini Regis septuaginta et quinque solidos barcinonenses; sic predictum est et datum et terminatum et assignatum atque divisum et ut melius dici et intelligi vel nominari potest: sic integre et irrevocabiliter dono vobis et vestris ex parte domini Regis et mea sine vestro vestrorumque enganij, ad vestram voluntatem et utilitatem atque noticiam sine ullo obstaculo usque ad finem seculi: in hac vero donatione et accapite participes sunt homines de venzilles: siquis hec evertere vellet, agere nequeat, sed secundum legem componat et confirmat: stabilis permaneant. Actum est hoc II idus augusti ab incarnatione Christi anno millesimo centesimo nonagesimo. Sig + num Geraldi, Vicarii et baiuli Domini Regis. Sig + num Berengarii de Albanes, Judicis Domini Regis. Sig + num Jalebet. Sig + num Ponti de Ger. Sig + num Joannis de Caserol. Sig + num Poncii de Llivia. Sig + num Petri de Bolvir. Sig + num Petri Clerici de monte Cerda, qui hic laudamus et firmavimus firmarique rogavimus. Sig + num Sabater. Sig + num Joannis Sthephani. Sig + num Petri Romeu: Petrus scripsit hec, die et anno prefato.

Sig + num mei Joannis Sala publici Ville Podiceritani et terre Ceritanie Notarii auctoritate honorabilium Consulum dicte Ville, qui hoc translatum a dicto antiquo instrumento bene et fideliter sumptum et translatum et cum eodem diligenter comprobatum et examinatum scribi feci et clausi die et anno predictis. Sig + num Joannis Costa Ville Podiceritani Regia et honorabilium Consulum dicte Ville autoritate Notarii publici ville eiusdem huic translato, testis.

Sig + num Raphaelis Masada, Regia auctoritate, Notarii publici Ville Podiceretani et Ceritanie huic translato testis.

Sig + num mei Guillermi Bruguera Ville Podiceritani, auctoritatibus apostolica, Regia et honorabilium Consulum dicte Ville Regio eis attributo indulto, Notarii publici, qui huiusmodi translatum, a dicto eius originali bene et veri-

dice translatum, comprobatum ac testificatum ut supra patet, scribi feci et instatus et requisitus hac die vicessima mensis augusti anno a nativitate Domini millessimo quingentesimo octuagesimo.

Perg. De Matias Bosom, de Puigcerdá.

XVIII: pág. 199 n.º 219

Mars 1204. Hospital maior: Privilegi, sal.

495. —Nouerint uniuersi quod Nos Infans Petrus Ildefonsi Regis Aragonum filius ach heres Cathalonie, viso priuilegio quod Dominus Petrus Dei gratia bone memorie Rex Aragonum Auus noster ob remedium anime sue fecit Hospitali Podi Ceritany de quodam Sextario salis accipiendo singulis hebdomadis in lezdis mercati Podi Ceritany ipsius, hospitali predicto ob remedium anime nostre penitus perpetuo confirmamus prout in ipso Priuilegio melius et plenius continetur; cuius priuilegii tenor talis est:

Notum sit cunctis quod ego Petrus Dei gratia Rex Aragonum, comes Barchinone et Dominus Montis pesulani, ob remedium anime mee meorumque parentuum dono domino deo et Hospitali pauperum de Podio Cerdano, vnum sexterium salis singulis hebdomadis in mercato Podii Ceritany; scilicet, in meis lezdis de sale; et mando baiulo meo presenti atque futuro quod istum sexterium salis soluat et donet omni tempore predicto Hospitali et eius ministris; nec inde a nobis spectet aliud habere mandatum. Datum apud Gerunde mense martii sub anno domini Millessimo Ducentessimo quarto.

Testes: Assalicus de Gudal, Guillermus dur, Bernardus Amilly, G. de Arrello et Dalmasius de Arrello et Petrus de Blandis.

Mandamus igitur Baiulo Podii Ceritany presenti et futuro quod dictum sextarium salis singulis ebdomadis donet soluat dicto Hospitali in lezdis salis Mercaty predicti Podiceritani non expectato a nobis alio Mandato. Datum Podi Ceritani decima septima Kalendis octobris anno Domini millessimo Ducentessimo sexagesimo (1).

A. M. Llibre «Spital maior» fol. 1.

(1) El privilegi del oli es de 18 abril 1358.

Presens copia privilegii Regii supra scripti manu propria scripta sumpta fuit a quadam carta pergamenea cum suo sigillo regio cerae impendenti, in quo quidem Regio sigillo seree, Armae Aragoniae impressae apparent et videre liquet reperta et inventa ut decet et convenit custodita in Archivio Domus Consulatus Uniuersitatis Oppidi Podi Ceritani, et cum dicta carta suprascripti Regii privilegii veraciter correcta et comprobata per me Montserratum Bordo pretacti oppidi auctoritatibus Regia et Magnificorum Consulum prelibati oppidi Notarium publicum, Domusque Consulatus pretacti Oppidi scribam ordinarium et secretarium. Ut igitur dicte copie in judicio et extra iudicium per cunctos fides plenaria adhibeatur, ideo ego dictus Montserratus Bordo, notarius, scriba et secretarius, ad instantiam ex parte discreti Iacobi Anglada notarii publici jam dicti Oppidi, alterius ex comendatoribus prelibati Hospitalis, die secunda mensis decembris, Anno a nativitate domini M.D.C.XXX hic meum appono solitum sig + num.

16?0. Papers fahents per lo Hospital. fol. 1.

XIX. pág. 200 n.º 221

19 agost 1276. **Llivia: tribut de garbes.**

496.—Notum sit omnibus quod ego Petrus dei gratia abbas Sti. Iohannis de riuipullo, (1) procurator domini regis in quibusdam partibus chatalonie, ex parte eiusdem, dono laudo et concedo vobis omnibus hominibus de liuia et omnibus vestris posteris et succesoribus in perpetuum, omnes chosuras (2) et quidquid ratione uel nomine chossurarum dominus rex accipit et accipere solet infra términos Sancte Marie de liuia; Quod habeatis perhenniter uos et omnes uestri et successores uestri liberam licentiam et potestatem trituraudi omnes annonas uestras quocumque uolueritis, non requisito baiulo domini regis uel eius nuntio: Quod pro eisdem chossuris uos et omnes successores uestri donetis semper domino regi et suis annuatim in tempore messium XXXV. modios de (*sic*) blad bono et recep-

(1) (a) de las Abadesas.

(2) *Chosuras*, de cossa=sega de blat, (a) garba, per fer una cossa de gra: en els terrenys secans se calcula mitja cuartera de gra per caballó de palla ço es: una cossa per garba.

tibili ad rechtam mensuram merchatalem podii cerdani, scilicet, de sigale XXV. modios, et de frumento X modios: Quod nichil aliud unquam pro chossuris dare teneamini nisi istos XXXV modios, et tres modios et dimidium baiulo pro sua retrodecima: Quod dominus rex de suo paccabit militie templi suam decimam: Quod dominus rex et eius successores perhenniter facient uobis et uestris hoc donatiuum firmiter et inuiolabiliter obseruari, sine omni uestra deceptione: Quod ego promito uobis per bonam fidem quod hoc instrumentum et donatiuum faciam nobis laudari et confirmari a domino rege: Quod propter hoc, ut firmum sit semper et irreuocabile, accipio a uobis pro impetratione C.L.XXX, solidos barchinone quod in negotiis domini regis utiliter expendi. Et est manifestum factam esse hanc cartam XIIII Kalendas Septembris anno X.ti M.CC.VI. Hoc autem est manifestum quod dominus rex non consuevit accipere pro chossuris nisi XXV modios de sigale. Petrus Abbas Sti. Iohannis (1).

Signum + petri, dei gratia, Regis aragonum et comitis barchinone.

Sig + num Poncii de liuia. Sig + num Raimundi. Sig + num Poncii fratrum meorum, qui omnes hanc cartam firmamus.

Sig + num Petri dei gratia coxanensis abbatis.

Ego serre notarius domini Regis Sig + no.

Sig + num Columbi domini Regis notarii et judicis. Sig + num Geralli de prato, portarii domini Regis.

Sig + num Iauzberti de mari. Sig + num Petri geralli de podio cerdano.

Guilelmus bernardi publicus notarius scripsit hec in die et anno quo supra.

Original: falta el segell: el mes antic del arxiu.

Llivia A. M. Perg. n.° 1.

---

(1) Firma original: En 1190 habia firmat un document com a preposit, i en 1195 altre com a Abad del Monestir. Arx. S. J. Abadesas.

XIX: bis pág. 186 n.º 213

1207. Ribas i Segura: castells.

497.—En un document de l'any 1207, I. E. C. fondo Montoliu? es llegueix el jurament feudal otorgat per n'Ug de Nevà, fill d'Arsendis a en Ramón de Ribes, fill d'Agnés, pels castells de Ribas i Segura; jura esserli valedor contra tothom menys contra son senyor el comte de Cerdanya.

XX: pág. 201 n.º 225 i pág. 204, n.º 230

1207. Puigcerdà: Corts.

Has constitutiones dominus rex Petrus constituit apud podium Ceritanum pro pace et treuga et pro potestate

Siquis de magnatibus Regis, vel aliquis miles, vel colibet persona, comonitus a domino rege vel vicario suo super restitutiones pacis et treuge. et bovaria pignora ponere voluerint si talis persona fuerit que teneat Castrum vel Castra, vel municionem aliquam per dominum regem, statim det ei potestatem inde; et dominus Rex vel vicarius eius, de suo propio emendet maleficia; et tam diu teneat potestatem, donec illum qui male habuerit factum. emendet Regi totum illum malum dapnum, et distriguum quod inde sibi contingit.

Si vero talis fuerit persona malefactoris, que teneat aliquid pro domino Rege et noluerit pignum tornare, statim cum exierit de curia regis teneat se pro suo acuydamento. et omnia sua esse ejecta a pace et treuga et bovatico; et nullus baronum terre recipiat eum in honore suo, nec det ei consilium, favorem, nec eciam iuvamen, ymo acuydent eum statim et faciant ei guerram ad posse suum cum Rege et sine Rege fide bona et sine enganno.

Si vero ille malefactor habuerit dominum, dominus debet illum distringere, et per emparationem eorum que ab eo tenet et ab omnibus aliis modis bona fide sine malo ingenio.

Et facto emparamento, dominus malefactoris emendet malefacta, et habeat ea super eo quod malefactor tenuerit per eum.

Si vero noluerit facere dominus, tradat ipsos feudos domino Regi vicario suo; et dominus vel vicarius eius emendet ipsa malefacta et habeat super fevos, quos tam diu teneat donec ipse dominus vel malefactor habuerit emendatum totum malefactum et distringium domino Regi vel eius vicario.

Actum est hoc anno domini M.° CC.° VII.°, apud pondium Ceritanum.

Biblioteca del Escorial, Cortes de los antiguos reinos... XII, p. 87. M. H. col. 1395, doc. 495.

XXI: pág. 207 n.° 325

27 desembre 1225. Bellver: carta de població.

499.—Manifestum sit cunctis quod nos Nuno Sancii dei gracia Dominus Rossilionis Vallis Aspiree Ceritanie et Confluentis, considerantes et aperte cognoscentes quod loca herema non possuut habitari neque populari, nisi a Principibus terre populatoribus et habitatoribus dentur bona fora consuetudines et franquitates; idcirco, sperantes quod in Podio illo de Bello Videre, quod situm est in partibus de Baridano in adjacencia beate Marie de Thelone, bona fiet populacio et multi ibi de longinquis partibus, ad utilitatem nostri et tocius terre, venient habitare; bono animo et spontanea voluntate, cum hac presenti carta firmiter in perpetuum atque irrevocabiliter valitura per nos et omnes successores nostros, donamus atque concedimus vobis omnibus populatoribus et habitatoribus in dicto Podio de Bello Videre, presentibus et futuris, ut vos et omnis generacio et posteritas vestra et filii sitis franchi liberi penitus et inmunes cum omnibus vestris rebus, ubicumque per terram nostram abieritis, ut nobis nec alicui pro nobis nec ulli alii homini vel femine debeat facere domino suo; nec de intestacione vel de exorquia respondeatis, nec sitis sub potestate alicujus hominis vel femine.

Donamus eciam vobis et concedimus in perpetuum ut habeatis et accipiatis per omnia loca ubique ligna et aquas et pascua, et possitis habere alia omnia que vobis necessaria fuerint, et montaneas et alia omnia que ad usum et servicium hominis pertinere debent et sunt necessaria, ad vestram propriam voluntatem.

Concedimus eciam vobis ut nullus qui inter vos non sit populator et habitator, sit aliquo modo ausus ibi vendere per tall nec tenere tabulam.

Concedimus preterea vobis et vestris in perpetuum ut in unacuaque ebdomada faciatis mercatum in die martis, et faciatis annuatim in festo Pentecosten firam per dies XV duraturam.

Concedimus eciam volumus et statuimus, quod si aliquis alicui vestrum injuste et sine racione malum facere temptaverit, possitis illum malefactorem distringere sine assensu nostri baiuli donec malefacta plenarie et integre vobis restituat. et per hoc noster bajulus vos non possit vocare nec distringere.

Propterea concedimus et statuimus quod omnis populator et habitator in dicto Podio habens valentem mille sol. inter mobile et immobile, credatur per sacramentum de placito c. solidorum, sine alio judicio et absque prelio.

Concedimus etiam vobis et donamus quod per totam terram nostram non donetis leudam neque pedaticum nec ullum usaticum de ulla re vestra, nobis nec ulli alii homini nostro. Insuper recipimus vos et omnes res vestras mobiles et immobiles et se moventes habitas et habendas, et nominatim omnes illos qui ad dictum mercatum venerint et firam cum omnibus rebus suis, in nostra speciali defensione custodia et securo ducatu: ita quod nullus sit ausus vobis, nec illis nec rebus vestris, dampnum aliquod vel jacturam inferre nec alicubi detinere nec impedire in aliquo loco terre nostre.

Supradictum autem franquitatem et donum per nos et per nostros facimus vobis et vestris et omni generacioni et posteritati vestre in perpetuum, sicut melius dici et intelligi potest ad vestram vestrorumpue utilitatem et voluntatem. Tamen retinemus nobis et nostris per omia loca in perpetuum omnes justicias hostes et cavalcatas, quandocumque et quocienscumque per nos vel per literas aut nuncios nostros eas vobis facere mandaverimus, et census consuetos quos nostris antecessoribus antiquitus dare et facere estis consueti. Et retinemus eciam nobis et nostris

in dicto Podio et villa et ejus terminis furnos et molendinos, ita quod nullus vestrum presens vel futurus sit ausus in dicto Podio et villa nec ejus terminis furnum nec molendinum aliquem facere nec leuam aud aliud machinamentum, ne minus possint valere redditus nostrorum furnorum et molendinorum.

Mandamus igitur omnibus vicariis et baiulis nostris per totam terram nostram constitutis et constituendis ut hanc nostre auctoritatis paginam ratam et stabilem teneant et observari faciant inconcusse: quicumque autem contra hanc cartam nostram ausu temerario in aliquo venire temptaverit, iram nostram incurret et penam mille aureorum a nobis sine aliquo remedio ferietur.

Data apud Podium Cerdanum VI.° kalendas januarii per manum Bernardi de Prignano notarii nostri, mandato nostro et ipsius scripta ab Oliverio, annno Domini M.° CC.° XX.° quinto, in presencia Guillemi de Aniort, F. de Naruayz, Guillemi de Portella, Arnaldi de Ponte, Raimundi de Traueseriis, Raimundi de Salcs, Petri Liuerre, Bernardi Guillemi de Villafrancha baiuli, Petri Siffredi, Petri de Garrigis, Petri de Garriga, Raimundi Catelli, Guillemi de Mornacho, D. Hungria, Bernardi Ballistarri, Petri de Sureda et aliorum multorum.

Signum + Nunonis Sancii.

Signum + Bernardi de Prignano domini Nunonis notarii qui mandatu ejus cartam scribi et signum apponi feci loco die et anno prefixis, literis in VIII.ª linea suprascriptis.

Signum + Oliverii qui mandato domini Nunonis et vice Bernardi de Prignano notarii ejus hanc cartam scripsi.

Perpinyà: (Archives départamentales: *Procès des leudes de Conflent1489*, f.° 40, v.°; — copie de 1344 sur parchemin (3), B, 91).

XXII: pág. 211 n.º 242

6 gener 1242. Puigcerda: Privilegis.

De diffinitione exorquie, intestie et cugucie; et de libertate qua possint pignorare; et de confirmatione nundinarum; et quod uilla podiceritani non possit dari uel abstrahi a dominio domini regis

500.– Nouerint uniuersi, quod nos Jacobus, dei gratia, rex aragonum, maioricarum et ualentie, comes barchinone et urgelli, et dominus montispesulani, per nos et nostros remitimus uobis uniuersis et singulis hominibus podiiceritani et vestris succesoribus in perpetuum diffinimus exorquiam, intestiam et cucutiam; ita ut inde nobis et nostris vicario aut baiulo aut alii amodo non teneamini respondere; ymmo sitis mi vos et vestri perpetuo liberi et penitus absoluti.

Concedentes vobis quod placitetis de decem diebus in decem, secundum quod consuevistis.

Et possitis auctoritate uestra pignorare debitores vestros extra. villam commorantes ad solvenda vobis debita, facta tamen ter fatiga in nostro vicario podii ceritanie aut locum nostrum tenenti.

Nundinas autem habeatis annuatim in podio ceritanie prout continetur in carta mi confecta a rege ildefonso.

Promittimus insuper quod podium ceritanum nec aliquid de suis terminis ac pertineutiis, aut vos ibidem commorantes, alicui militi siue homini alii aut mulieri non dabimus ad tempus vel in perpetuum, nec amodo vnquam dictam villam cum pertinentiis suis et homines in ea habitantes a nostro dominio siue succesorum nostrorum separabimus aut remobimus.

Datum perpiniano VIII idus ianuarii anno domini M. CC. XL. secundo.

Signum + Jacobi, dei gratia, rex aragonum, Maioricarum et ualencie; comitis barchinone et urgelli; et domini montispesulani.

Testes sunt: R. comes fuxi, P. de montecateno, G. de entença B i. Hugi de serralongua A. surdus.

Signum + Guillelmi, scribe, qui mandato domini regis hec scripsit loco, die et anno prefixis. lecta fuit regi.

Una copia del segle XIV la transcriu exactament, am la seguent capsalera:

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum et translatatum decima octaua die mensis Januarii ànno a natiuitate domini millessimo CCC° octuagesimo, auctoritate et decreto interuenientibus Venerabilis et discreti Gaicerandi de casellis, judicis ordinarii Podiiceritani et ceritanie a quadam carta pergamenea serenissimi principis ac domini, domni Jacobi dei gratia bone memorie, Regis Aragonum Maioricarum et Valencie, Comes barchinone et vrgelli et domini montispesulani, sigillo cere albe in quadam vetula alute corii albi inpendenti sigillata prout per impremisionem factarum ymaginum et signorum liquide apparebat, cuius quidem carte tenor sequitur in omnibus et per omnia sub hiis verbis:

La firma del Scríba diu Guillermoni, en lloc de Guillermi del Llibre Vert, fol. 2.

Pergamins del segle XIII. a. 1242.

XXIII: pág. 214 n.° 249

24-27 octubre 1245. — Canigó: Privilegi del Rey Jaume sobre pasturas.

501.—Hoc est translatum a quodam alio translato bene et fideliter translatatum cuius tenor talis est:

Hoc est translatatum quod petrus armonea scripsit fideliter, mandato petri de ortis notarii publici infrascripti V° nonis octobris anno domini M.° CC.° LXX.° et translatauit a quodam instrumento domini Regis maioricarum, sigillo malori pendenti sigillato, nichilque in eo addidit, minuit uel mutauit, set per omnia secutus est verba et seriem sui originalis quod sic inuenitur esse talis:

Jacobus, dei gratia, Rex Aragonum, Maioricarum et valencie, comes barchinone et vrgelli ac dominus montespesulani voluntarii per nos et omnes successores nostros damus, concedimus, laudamus et domino deo et monasterio sancti martini Canigonis et tibi bernardo abbate monas-

terii presentibus et futuris in perpetuum libertates et donatiua et priuilegia Rex Ildefonsus proavus noster et Rex petrus bone memorie pater noster prefato monasterio continetur; statuentes firmiter et mandantes quod ea omnia semper habeatis possideatis ac percipiatis vere et integre; et in paschis ad vtilitatem uestram et Monasterii predicti. Concedo etiam uobis et uestris perpetuo quod possitis accipere pascherium apud vinzanum aliquibus hominibus uestris vel uestris paschuis secundum voluntatem uestram de omni bestiario veniente ad paschua predicta de verneto et de odelone, bestias autem omnes quecumque et vndecumque et quotienscumque et cuiuscumque fuerint prefati loci venerint in paschua de verneto et de odelono que sunt penitus vestra propria et uestri ac prefati monasterii recipimus sub nostra speciali protectione firma custodia securoque ducatu, eundo, stando, et redeundo et qui eas duxerint cum omnibus que secumque duxerint uel portauerint. Nemo igitur de nostra gratia confidens siue sit baiulus siue vicarius, portarius, sayo, siue quilibet alius possit uel audat eis aliquam molestiam, exactionem facere uel infere; quod quidem qui facere atemptaret, dampno illato prius in duplum plenàrie restituto, pena trecentorum Morabinorum a nobis sine aliquo remedio ferietur; quam penam volumus et mandamus baiulos et vicarios nostros exhigere et habere ab illis siqui forte huic pagine nostre atemptauerit contraire. Datum perpiniano V... Kalendas nouembris, anno domini M.° CC.° XL. quinto. Sig + num Jacobi dei gratia Regis aragonum Maioricarum et valencie, Comitis barchinone et vrgelli et domini montispesulani. Testes sunt, G. de montecateno, G. de entenza. O. de terminis. bernardus hug de seralonga. Gaufredius de Rochabarti. Sig + num Gulielmi scribe qui mandato domini Regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

Sig + num Jacobi de fromiguera et Eymerici Reueui et fratris Johannis prepositi ordinis predicatorum presbiterorum, testium huius translationis. Sig + num Petri de ortis notarii publici villefranche confluentis qui hoc translatum scribi feci. Raymundus de cuguls mandato notarii subscripti hoc translatum scripsit et translatauit a dicto alio translato bene et fideliter verbo ad verbum die II.°

Kalendis augusti anno domini M.° CCC.° vicesimo septimo, conuocatis ad eius examinationem Jacobo de lorano Petro manresa, literatis... Sig + num Raymundi Canals, iudicis ordinarii Podⁿⁱ. Sig + num Mathei de alb. publici Podiiceritani et Ceritanie Notarii, qui hec subscribo et laudo.

A. M. Plec Pergamins, sig. XIII. d. s.

XXIV: pág. 215 n.° 251

12 novembre 1246. Nahuia: masos de Galceran d'Urtg.

502.—Hoc est translatum ab originali fideliter sumptum, cuius tenor talis est.

Notum sit omnibus quod ego Gaucerandus de urg. et ego domina biancha, uxor eius, et nos filli eorum: Raymundus de vrg. et Gaucerandus de vrg. omnes insimul per nos et omnes nostros natos et nascituros vendimus semper et tradimus uobis Arnallo chog. et Guillelmo chog. fratribus et omnibus uestris proieniebus et cui uolueritis pro CCC. XL. III. sol. melg, bon., de quibus omnibus sumus bene uestri pacati ad magnum bonum nostrum et comodum; in quibus renuntiamus exceptioni pecunie non numerate et doli in fauorem, mansum nostrum Johannis guitardi quondam, de Anahuia et mansum nostrum Johannis fedancz, cum honoribus et possessionibus et pertinenciis et adempriuis et iuribus uniuersis ad ipsos mansos pertinentibus iu uilla de Anahuia ubi sunt et in terminis et adiacentia sancti Iacobi eiusdem; et cum ingressibus et egressibus et pasturis et agris et lignis et cunctis aliis ad usum eorumdem spectantibus et pertinentibus ubique, et cum hominibus et feminis eorumdem mansorum presentibus et futuris, et cum omnibus censibus et usaticis et terre meritis et dominationibus et iurisdictionibus et cunctis expressis uel non expressis in hac carta, que iu predictis mansis et de eis et detentatoribus eorum habemus uel habere debemus, quocumque iure, ratione, consuetudine uel modo, bona fide nostra uobis stipulantibus: promittentes quod nos et heredes et succesores nostri faciemus semper uos, et uestris, et quos uolueritis, predicta omnia et singula tenere et habere et, iure uenditionis predicte perpetuo possidere libere et quiete per liberum et franchum

alodium et immune ad omnes uestras uestrorumque uoluntates de his et in his omni tempore faciendas; quin nullum ius nobis uel posteris nostris iam amplius de cetero retineamus aut reseruamus in eisdem...

Et nos Blancha predicta et nos filii eius Raymundus de vrg et Gaucerandus de vrg prenominati iuramus per Deum et sancta IIII euangelia manualiter tacta, predicta omnia...

Renuntiantes nos Raymundus de vrg et Gaucerandus de vrg, fratres, per virtutem prestiti iuramenti beneficio minoris etatis licet simus perfecte et omni alii iuri quo in his contrauenire possemus. Et ego domina Blancha predicta renuntio sub prestiti iuramenti robore, beneficio velleryani et iuri dotis mee et sponsalicii mei et omnibus aliis legitimis auxiliis quibus mulieres iuuantur et solent iuuari; et est manifestum quod est actum anno dominice incarnationis M. CC. XL. VI die pridie idus nouembris.

Sig + num Gaucerandi de vrg et domine blanche uxoris eius et Raymuudi de vrg et Gaucerandi de vrg filiorum suorum qui omnes hic firmamus et firmari rogamus.

Sig + num Raymundi de traueseres et Petri de luerteres iunioris et bernardi mancipii de vr et berengarii eimerici testium. Raymundus de isaualle publicus podiiceritani notarius hec scripsit + die et anno prefixis. Ego bernardus bosom, *mandato notarii subscripti hoc translatum scripsi* et translatavi bene et fideliter... convocatis ad eius examinationem Bernardo de neua et bernardo maurini, iuniore, literatis, anno domini M. CCC° octavo, die IIII° nonis madii. Sig + num bernardi maurini.

A. M. Plec. Pergamins segle XIII. d. s.

XXV: pág. 216 n.° 252

16 mars 1247. Vilanova: Venda senyoria.

503.—Notum sit omnibus quod ego domina blancha de vrg filia vgonis de mathaplana quondam, et uxor Gauceraudi de vrg quondam, et ego domina Elissendis de mathaplana, mater dicte domine Blanche, et nos Raimundus de vrg et Gaucerandus de vrg, et Ermengaudus, fratres, filii dicte domine Blanche et quondam Gauceraudi de vrg uiri

sui, similiter uniuersi et quisque nostrum per totum, per nos et per omnes nostros natos et nascituros, non aliqua ui coacti, nec dolo aliquo circumducti, immo spontanei et consulti, cum hac presenti publica carta irreuocabiliter ualitura, vendimus semper et tradimus in presenti vobis Arnallo merchatori, filio quondam petri merchatoris, Johanni climenti de podiocerdano et omnibus proienibus uestris et succesoribus et cuicnmque uolueritis, ad omnes uestras uestrorumque uoluntates, omni tempore faciendas, Medietatem integram ville de Villanoua et medietatem integram omnium honorum cultorum et incultorum, heremorum et condirectorum (conrreus) et possessionum et pertinentiarum et adempriuorum et terminorum et iurium uniuersorum ipsius ville et parrochie Sancti Aciscli eiusdem; et medietatem integram omnium hominum et feminarum eiusdem ville presentium et futurorum; et medietatem integram omnium censuum et usaticorum et terre meritorum et cunctorum aliorum que tacite uel expresse habemus uel habere debemus in predicta villa et in terminis suis et habitantibus ibidem, seu in illis omnibus et singulis personis que pertinent ad illam alicubi, iure aliquo uel modo aut consuetudine.

Quam medietatem ville predicte et omnium aliorum et singulorum supradictorum uobis uenditam spectabat et pertinebat ad dominationem de mathaplana, et fuit de ea, et nos, ratione illius, illam habemus.

Aliam uero medietatem predicte ville et terminorum eius que liberam remanet pertinet et spectat ad dominationem Gaucerandi de vrg, mortui predicti, et nos, illam successionem et ratione ipsius, habemus.

Prenominatam itaque medietatem uobis uenditam ville supranominate de villanova et terminorum eius et possessionum et pertinentiarum et adempriuorum ac iurium suorum cum medietate hominum et feminarum eiusdem ville presentium et futurorum, et omnium censuum, et usaticorum, et terre meritorum, et adempriuorum, et dominationum, et libertatum, et fructuum, ad eamdem medietatem ville iam dicte uobis uendite, pertinentium et pertinere debentium ubique, iure aliquo uel modo aut consuetudine, et cum ingressibus et egressibus, excepta tamen decima que domus de mathaplana habet in predicta villa de uillanoua et decimali ipsius, uobis supradictis et uestris et cuicumque uolueritis vendimus semper et tradimus in presenti, bona fide, et sine omni enganno uestro ad uestrum

bonum et sanum intellectum et uestrorum, bona fide nostra et legalitate, uobis stipulantibus; quisque nostrum in solidum promittentes quod nos et heredes et succesores nostri faciemus semper, uos et uestros et quoscumque volueritis, tenere et habere et iure uenditionis prefate perpetuo possidere libere et quiete per liberum et franchum alodium et immune hec predicta ad omnes uestras uestrorumque uoluntates, de his predictis uobis uenditis et in eis omni tempore faciendas.

Ita quod in dicta medietate ville de villanova et aliorum supradictorum uobis uenditorum licet indiuise ea omnia et singula, nos et nostri habeamus et teneamus modo ullum ius nobis uel posteris nostris de cetero retinemus aut reseruamus aliquo iure uel modo aut consuetudine; immo de medietate predtctorum uobis uendita inprefati nos et nostros penitus denudamus, et uos et uestros et quos uolueritis de ea presius inuestimus et in temporalem et naturalem possessionem inde uos inducimus iuris et facti.

Vendimus etiam et concedimus semper uobis et uestris et cui volueritis, ratione predicte uenditionis ad omnes uestras uoluntates faciendas et uestrorum, omnes actiones et petitiones et exceptiones et replicationes et uoces et omnia omnino iura realia et personalia, utilia et directa, ratione medietatis predicte uille et omnium aliorum supradictorum uobis uendite, nobis competentia uel competere debentia aliquo iure uel modo contra quamlibet personam; et modo in presenti uos in re uestra procuratores statuimus et dominos.

Et de euiccione predicte ueuditionis uobis et uestris nos et nostros successores teneri semper promittimus et de restituendis uobis et uestris statim ad mandatum uestrum omnibus missionibus et expensis siquos in causa euiccionis feceritis (esborrat per una taca).

Vere bona fide per stipulationem uobis promittimus quod quisque nostrum in solidum aute causam et in causam et post causam pro prefatis (esborrat per una taca), si questio de eis contra uos mota fuerit uel uestris respondebimus, et ponemus nos ante uos, et tam si fuerit in missionibus et expensis (esborrat) ibimus sine omni missione et expensa et dampno uestro. Verum si in deffectum nostri feceritis pro his missiones, in iudicio uel extra iudicium illas statim (esborrat) uestrum uobis et uestris quisque nostrum in solidum restituere tenemur, simplici uerbo uestro absque testibus et pena et iuramento.

Obligaudo uobis et uestris in uinculum pro his omnia bona nostra et heredum et succesorum nostrorum habita et habenda ubique.

Et pro predicta uenditione recepimus et habuimus a uobis quinque Millia et quingentos solidos melg. bon. et legalium ac bene curribilium, quos in pecunia numerata a uobis recepimus et habuimus et in nostris comodis et arduis negotiis illos expendidimus; scilicet in soluendo pretio domino Jacobo dei gratia Aragonum Rege dominationis de mathaplana et tenentie ipsius quam vendidit mi domine Blanche de vrg et quondam Gaucerando de vrg uiro meo.

Et idcirco in predictis V. millibus et D. solidis melgonensibus exceptioni pecunie numerate et doli in fauorem renuntiamus.

Et si plus predicto pretio ualerent aut ualebunt que uobis uendimus, quidquid est illius et illorum magisualentia uobis et uestris damus semper et concedimus gratis inter uiuos.

Renuntiantes expresse et consulte iuri illi quo succurritur deceptis ultra dimidium iusti pretii, et omni alii iuri diuino et humano, scripto et non scripto ad hec infringenda nobis competituro. Et nos predicte mulieres, scilicet: domina Blancha et domina Elissendis mater eius renuntiamus consulte et expresse, quantum ad hec, beneficio velleriani et omni alii iuri in his nos excusanti; et nos R. de vrg et Gaucerandus de vrg et Ermengaudus fratres prenominati renuntiamus consulte, quantum ad hec, beneficio minoris etatis licet simus perfecte. Et nos homnes prenominati venditores renuntiamus beneficio diuidende actionis et iuri de principali primo conueniendo, et omni alii iuri quo contra predicta uenire possemus ad infringendum.

Et predicta omnia et singula nos et succesores nostros seruare, complere, et atendere promitimus, et in iudicio uel extra non contrauenire aliquo questu, sic deus nos adiuuet et eius sancta IIII.or euangelia que quisque manu propria jurando tetigimus, renuntiantes sub prestiti iuramenti religione omni iuri et mori quibus in his contrauenire possemus in iudicio uel extra ad reuctandum, exceptis hic non expressis.

Et est manifestum quod est actum anno dominice incarnationis M. CC. XL. VI, die XVII. Kalendis Aprilis.

Sig + num domine Blanche de vrg et domine Elissendis de mathaplana mater eius et Raymundi de vrg et Gau-

cerandi de vrg et Ermengaudi fratrum, filiorum eiusdem Blanche, qui omnes hanc cartam firmamus et firmari rogamus.

Sig + num (illegible per tacat), testium.

Raymundus de isaualle publicus podiiceritani notarius hec scripsit + die et anno prefixis.

A. M. Pergamins del segle XIII, any 1246.

XXVI: pág. 216 n.º 253

Turolio 5 abril 1247. Llivia: Quartó, taxa porcs.

504.—Nouerint uniuersi quod nos Iacobus dei gratia Rex aragonum, Maioricarum et valencie, Comes barchinone et vrgelli et dominus montispesulani per nos et nostros concedimus uobis uniuersis et singulis hominibus de liuia presentibus et futuris imperpetuum quod uos et successores uestri pro ipsis Quartis de liuia nobis et nostris successoribus non teneamini aliquid ultra dare nisi tantum quindecim modios ordei et quindecim modios tritici, et quadraginta modios sigalis ad mensuram podiicerdani; et hec faciatis annis singulis, qualescumque messes sint: Excepto grandine petre. Et donétis annuatim pro unoquoque porco duos solidos et dimidium; et pro unaquaque perna sexdecim denarios; et donetis ipsos mayencos de illo prato annuatim imperpetuum in festo sancti Johannis babtiste. Predicta autem omnia et singula concedimus vobis et vestris successoribus imperpetuum valitura. Recognoscentes quod consimile instrumentum habeatis a Raimundo comite barchinone et A. principe aragonum confectum super omnibus et singulis supradictis. Datum Turolio nonis Aprilis anno domini M.º CC.º XL.º septimo.

Sig + num Iacobi dei gratia Regis aragonum, maioricarum et valencie, comitis barchinone et vrgelli et domini montispesulani.

Testes sunt: F. lupi; F. didaci; Ex. de coura.

Sig + num Guilelmi domini Regis scribe et notarii qui mandato ipsius hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

Original: porta el segell. Llivia A. M. Perg. n.º 3.

XXVII: pág. 217 n.º 256

18 abril 1250. Maranges: Privilegi.

505.—Sit omnibus notum quod nos dominus Rogerius gratia dei comes fuxi et vicecomes castriboni per nos et omnes nostros presentes atque futuros enfranquimus omnes et singulos homines et feminas de valle de Maranges et eorum proles in perpetuum de exorquia, intestia, arsina et cugucia, et specialiter afranquimus ipsos populatores in Castro et in populatione nostra de Serra de Meranges de his predictis et de questiis et bouaticis, monetaticis et omnibus servitiis, exceptis exercitibus et cabalgatitiis et justitiis; et (hoc) si quisquis populator ipsius castri solvat annuatim vnum quartale sigali mercati Podiiceritani ad gaitam et ad gardam ipsius castri; et retinemus in laborationibus antiquis census et vsus consuetos; et promittimus manu tenere et defendere et custodire vos dictos homines et feminas eundo, stando et redeundo et vestras res per totam terram nostram et iurisdictionem nostram; et damus et concedimus populatoribus ipsius castri montaneas et aquas et nemora francha et libera; saluis tasquis et foristeriis et servitiis petri de Luderteres et aliorum dominorum: preterea populatores ipsius nostre populationis possint ire et exire inde quotiens, quandocumque voluerint cum omnibus rebus suis sine impedimento nostro et nostrorum, et vendere eorum bona omnia mobilia et immobilia libere et quiete, seu dimittere cui voluerint sine laudamento nostro et nostrorum, restitutis primitus omnibus etiam injuriis si habuerint adversus nos sive adversus aliquem; et possitis constringere et pignorare vestros debitores extra villam commorantes, fatica facta tamen primitus nostro baiulo; renuntiantes omni iuris auxilio canonici et civilis, quibus contra hec venire possemus. Actum est hoc decimo tertio calendas Madii anno domini millessimo ducentessimo quinquagesimo. Sig + num domini Rogerii predicti qui hec laudamus. Testes huius rei sunt Guillermus Bernardi de Juanich, Guillermus Sai, capellanus de Maranges, Petrus Sai, frater eius.

Sig + num Guillermi de podio, notarii publici pulchrivisus et Baiulie ejusdem, qui hoc instrumentum receptum

in posse R i. de Eler, olim canonici thelone et notarii publici eiusdem, scribi fecit et a notulis suis seu protocolis eiusdem abstrahi, die intitulata calendas Madii anno domini millessimo trecentessimo vicessimo quarto.

Trasllat en sa confirmacio del Rey Jaume en Perpinyá V.° idus februarii 1335.

A. M. Maranges. Citat eu Alart. Priv. et Tit. p. 70.

XXVIII: pág. 222 n.° 258

Colliure 10 novembre 1252. Ribas, Pardinas: laudemi.

506.—Nos Ferdinandus Dei gratia Rex aragonum Cicilie, Valentie, Mayorice, Sardinie et Corcice, Comes barchinone, Dux Atthenarum et Neopatrie ac Comes Rossilionis et Ceritanie, visa quadam carta pergamenea sigillo impendenti munita, cuius thenor aut series sequitur sub hac forma:

Jacobus dei gratia, Rex Aragonum, Maiorice et Valencie, Comes barchenone et vrgelli et Dominus Montipesulani, fidelibus suis Petro de Vilariacuto et Raymundo de Rippis, salutem et gratiam. Ex parte hominum vallis de Rippis nobis extitit intimatum quod emptores reddituum vallis predicte, contra consuetudinem. a predictis hominibus semper obtentam, petunt ab eis laudimium de eorum honoribus; et dicunt etiam predictos homines non debere habere deuesias in honoribus suis, ubi possunt depiscere eorum bestiarium sine consensu ipsorum vel locum nostrum tenentis. Item ostenderunt nobis quod vos ab hominibus parrochie sancti Stephani de Perdines etiam petitis singulos obolos vobis dandos pro singulis ovibus que eis commendantur ab aliis hominibus extraneis, et hoc a quodam tempore citra; unde mandamus vobis quatenus, si est ita, non permittatis a predictis emptoribus vel ab aliquibus aliis presentibus et futuris petere predictum laudimium ab hominibus supradictis; nec aliquid ratione dictarum pasturarum; et quod vos etiam ab eis predictos obolos ratione predictarum ouium non exigatis; et permitatis ipsos homines dicte vallis, predicta habere et tenere sicut hactenus consueverunt sine aliqua novitate; et desparetis siqua ibi

emparastis hominibus supradictis. Datum apud Caucum liberum IIII° idus novembris anno domini M. CC. quinquagesimo secundo.

Et pro parte jam dicte vniuersitatis nobis humiliter supplicato ut cartam preinsertam et omnia et singula in eadem contenta et specificata rattificare et confirmare de nostra solita clementia dignaremur, Nos, suplicatione previa benignius inclinati, cartam antedictam et omnia et singula in eadem contenta et specificata rattificamus, huiusmodi nostre confirmationis presidio roboramus si et prout melius usum extitit alterius de eisdem. Mandantes per hanc eamdem Inclito et Magnifico Infanti Alfonso, primogenito nostro carissimo, et in omnibus regnis et terris nostris generali gubernatori eiusque vicesgerentibus, necnon vicariis, baiulis, uniuersisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuris et dictorum officialium locatenentibus, quatenus confirmationem nostram huiusmodi, rattam, gratam et firmam habeant, teneant et obseruent et faciant ab aliis inviolabiliter obseruari et non contraueniant vel aliquem contraueuire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium hanc fieri iussimus nostro sigillo pendenti munitam, datam barchinone quinta decima die Januarii, anno a nativitate domini Millessimo quadringentesimo tertio decimo.

De Gualbis, Vic^{s}. Sig + num ferdinandi Regis Aragonum, Cicilie, Valentie, Mayorice, Sardinie et Corice, Comitis barchinone, ducis Athenarum et Neopatrie ac Comitis Rossilionis et Ceritanie.

Testes sunt: Petrus, Archiepiscopus Tarraconensis; Joannes, Comes Cardone; Petrus, Vicecomes de Insula Rogerius de montechateno; Berengarius Arnaldi de ceruilione, militis.

Sig + num Petri Margayl, predicti domini Regis Aragonum et Cicilie Secretarii, qui de eius mandato hoc scribi fecit et clausit cum litteris correctis et rasis in lineis: secunda Barchinone; in IIII ipsorum de ac in VII; et ac in IX et huius nostre; et in eadem si et prout melius vsum extitit alterius de eisdem.

Dominus Rex mandauit michi: Petrus Margall, predictus.

Plec. Actes Closos: ço es. Quadern Vectigals Vall de Ribas, doc. 2.^{on}

XXIX pág. 223 n.° 260

Salás 2 maig 1256. Llivia: Molins de Nunyo Sarxo.

507.—Noueriut uniuersi quod nos Jacobus dei gratia Rex Aragonum, Maiorice, Valentie, Comes barchinone et Urgelli et dominus montispesulani, per nos et nostros donamus et concedimus vobis Pontio Guilelmi de vilafrancha et uestris in perpetuum quod omnes homines parrochie sancte marie de liuia veniant et veuire teneantur ad molendum ad molendina uestra que in predicta parrochia habetis totum eorum panem et familie ipsorum secundum quod veniebant ad molendum tempore Nuionis sancii ad molendina que ipse Nuno habebat in parrochia antedicta. Et donent et donare teneantur vobis fideliter molturam pro pane predicto secundum quod consuetum est dari in molendinis predictis: Sic quod si necesse fuerit possitis vos et uestri dictos homines compellere ad molendum ibidem ut dictum est. Exceptis illis tantummodo qui molendina propria ibidem habent. Ita tamen quod uos et uestri donetis nobis et nostris quolibet anno in festo sancti Michaelis, Tres macemuturas iuassas quas habemus in molendinis predictis, et faciatis etiam molere predictis hominibus totum eorum panem bene et fideliter. Datum Çalac sexto nonis madii anno domini M.° CC.° L.° sexto. Sig + num Jacobi dei gratia Regis aragonum, Maiorice et Valencie, Comitis barchinone et Vrgelli, et domini montispesulani. Testes sunt: Galcerandus de pinos. R. de guardia. P. serre. Pontius de eril. Mir de luçana. Sig + num Iacobi de monte uidarico qui mandato domini Regis pro domino fratre A. Episcopo Vallentie, Cancellario suo, hec scripsit die et anno prefixis.

Transllat fet XII° Kaleudas Novembre 1350.

Llivia A. M. Perg. n.° 20.

XXX: pág. 224 n.° 262

31 mars 1257. Puigcerdá: moratoria.

De indulgencia super elongamentis

508.—Nouerint uniuersi, quod nos Jacobus, dei gratia, rex aragonum, maioricarum, ualencie; comes barchinone, et urgelli; et dominus montispesulani, per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis fidelibus nostris uniuersis et singulis hominibus habitatoribus ville podii ceritanie presentibus et futuris quod si forte aliqui vel aliquis de debitoribus vestris a debitorum solutione que uobis uel alicui uestrum debent uel debeberunt, amodo elongauimus uel elongabimus, de cetero elongatio nostra non ualeat illi uel illis qui iam iterum fuerint ab ipsis debitis elongati nisi in secunda elongatione mentio fiat de prima; nec ualeat elongamentum si debitum illud sit pro facto anime, uel ratione depositi, aut ratione exouarii, sive dotis; nec valeat etiam si ille uel illi qui elongamentum habuerint, *habent, uel habebunt, infra tempus sue elonguationis, bona* mobilia unde soluant; exceptis tamen bestiis aratoriis, uasis uinariis. supellectilibus et utensilibus domus, uestibus et pannis lectorum sui et familie sue, et excepta equitatura persone cuiuslibet qui continue consueuerit equitaturam tenere, nisi de premissis in litteris nostris specialis mentio habeatur; hoc tamen addito quod assecuret quilibet si non sit bene asseguratum quod in fine sue elongationis persoluat: Mandantes vicariis et baiulis iudicibus et uniuersis aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris, quod contra hanc concessionem nostram non ueniant nec aliquem venire permittant aliqua ratione, ymmo eam obseruent firmiter et faciant ab omnibus inuiolabiliter obseruari, si de nostra confidunt gratia uel amore.

Datum Ilerde II. Kalendis aprilis anno domini M. CC. LVII.

Sig + num Jacobi dei gratia regis aragonum, maioricarum, valencie, comitis barchinone et vrgelli et domini montispesulani.

Testes sunt: Guilelmus de montecateno (1). Eximinus de facibus (2). Eximinus de urrea.

---

(1) Montecateno i. e. Moncada.
(2) El trasllat del Llibre vert porta de fucibus i. e. de Foix.

Janzbertus de castro nouo. G. de castro nouo.
Sig + num Michaelis de alcoario qui mandato domini regis pro domino fratre andrea episcopo ualencie, cancellario suo, hec scribi fecit loco die et anno prefixis.

Llibre vert. fol. 2. V.° (4. pr.)

XXXI: pág. 224 n.° 263

12 maig 1257. *Llivia: cases al peu del Puig.*

509.—Pateat universis quod nos Jacobus dei gratia Rex Aragonie maioricarum et valentie, comes barchinone et Vrgelli et dominus montispesulani.
Concedimus uobis uniuersis et singulis hominibus de liuia quod possitis meliorare ac construere et operari domos ad pedem Podii de liuia in Parrochia sancte Marie, et ibi stare et habitare, ita tamen quod domos quas habetis sursum in fortitudine ipsius podii non diruatis nec permitatis dirui vel destrui set ipsas teneatis conductas ut guerre uel necesitatis tempore uos cum rebus uestris in eis saluare uos et deffendere ualeatis. Mandantes vicariis baiulis et vniuersis aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris, quod contra hanc concessionem nostram non ueniant nec aliquando uenire permittant aliqua ratione. Immo eam obseruent et faciant ab omnibus firmiter obseruari. Datum llerde. Quarto idus Madii. Anno domini. M. CC.° Quinquagesimo Septimo.
Original: Hi ha un segell penjant de cera.

Arxiu municipal de Llivia.

XXXI bis: pág. 287 n.° 365

31 maig 1259. *Hospitalers de pobres.*

510.—Jacobus, Dei gratia, rex Aragonum, Maiorice et Valentie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispessulani, Aprili, per eandem gratiam. episcopo Urgellensi, salutem et dilectionem. Intelleximus quod in villa

Podycerdani, propria auctoritate et hominibus dicte ville irrequisitis, occupavistis violenter ecclesiam sancti Bartolomei et domos eidem annexas; quare homines eiusdem ville ad piam supplicationem quorumdam fratrum ordinis sancti Augustini, super solo ab eisdem dato et empto, construi fecerant et edificari suas helemosinas erogando, de quo loco hospitalarios hospitalis pauperum eiusdem ville, quibus dicta ecclesia et domus cum earum pertinentiis fuerant date ab hominibus eiusdem ville, de possessione predictorum per violenciam deiecistis, volentes de novo ibidem ecclesiam parochialem erigere in preiudicium ecclesie beate Marie eiusdem et monasterii sancti Michaelis de Coxano, cuius est ecclesia supradicta. Unde cum constet nobis quod in dicta villa numquam fuit alia ecclesia parochialis nisi ecclesia beate Marie predicta, et dictus abbas et monasterium parati sunt debite stare iuri super eis que ab eisdem duximus exigenda, et ad nos pertineat cum simus patroni dicti monasterii, illud in sua possessione et iure defendere, maxime in his que eidem monasterio pie a nostris predecessoribus sunt collata, vos ut atencius possumus deprecamur quatenus a nova erectione dicte ecclesie parochialis in dicta villa penitus desistatis quousque debite cognitum fuerit hoc vos posse facere, quia abbas et conventus predicti super his et aliis que contra eos proponere volueritis stabunt iuri. Volumus etiam quod hospitalarios hospitalis pauperum ville Podiicerdani, quos possessione reduci facimus in qua erant, possidere permitatis pacifice dictam ecclesiam et locum, quia homines dicte ville et hospitalarii supradicti vobis ius facient debite de loco predicto et ecclesia et pertinenciis earumdem; scientes quod si de facto super predictis aliter procedere volueritis ex mandato nostro de facto vobis a nostris hominibus defendetur. Datum Barchinone pridie Kalendas Iunii anno Domini M.° CC.° L.° IX.° [Al dors]: Episcopo Urgellensi detur.

(Arxiu Capitular d'Urgell; original en paper que habia tingut segell en el dors).

XXXII: pág. 225 n.° 265

Barcelona 2 juny 1260. Cerdanya i Conflent: Batllia.

511.—Notum sit vniversis etc. Quod ego poncius G.i de villafrancha recognoscens uobis R. de pompeiano me emisse a domino infante. P. tam nomine meo quam nomine uestro, baiulias Ceritanie et Confluentis (1) de hoc instanti festo S.i Johannis junii ad vnum annum, licet nomen uestrum in carta emptionis inde confecta non contineatur, vnde cedo uobis medietatem tocius lucri et emolumenti quod ex dictis baiulis prouenient. Ita videlicet quod in festo S.i Johannis junii post primum instans uenturo uel post ipsum festum recipiatis et habeatis medietatem tocius predicti lucri et emolumeuti. In hiis tamen sint salue omnes condiciones et pacta inite et inita uel facta inter me et P. ripolli de podiocerdano prout in carta inter me et ipsum confecta plenius continetur Quarum est: P. ripolli exsoluit domino Infanti de precio dictarum baiuliarum quod insolutum est et hoc pluc quod remanet ad solueudum. Alie uero conditiones et pacta sicut condiximus ego et uos et dictus P. ripolli in Ciuitate barchinone seruentur et immutabiliter teneantur. Et est manifestum quod est actum iu Ciuitate barchinone. Anno domini. M.° CC.° LX.° die IIII nonis iunii. Sig + num pc. guilelmi predicti Qui hoc firmaui et laudaui iu Ciuitate barchinone in manu dicti. P. ripolli, notarii ceritanie et podiiceritani. Sig + num R. loban. et A. de moullo et R. ur de liua. Signum P. ripolli publici pod. et ceritanie notarii qui hoc scribi fecit et predictum laudimen recepi loco die et anno prefixis.

A. N. Lib. Extraneor, fol. 9.

XXXIII: pág. 257-8 n.os 329-31

10 desembre 1260. Flori, Oliá, Galicza: Almoina de Bernat de Embeig.

512.—Iau (2) dei gratia abbas sti michaelis coxani habita diligenti deliberatione cum conuentu nostro per nos et

(1) El comtat de Cerdanya compren el Conflent, Capcir, Vall de Querol, Baridá i Vall de Ribas.
(2) Iaubertus.

eumdem obtenta licentia et potestate a domino papa vendendi ac distrahendi perpetuo quaslibet possessiones honores ac redditus eiusdem monasterii pro ratione melioramenti et augmenti uel adamparamenti dicti monasterii vendo semper et in presenti tradimus tibi, G. comdor de flori et tui ad libitum pretio. D. LXX. V. sol. barcs. de terno etc. illas duas albergas meas quas apud floridini tenent et tenere debent pro nobis bernada laureta de florini et Johan. recha et illum censum annuum mille denarii et blada...

Item vendimus semper tibi Ar. clementis et tuis pretio. CC. LXX. II. sol. barcs. quendam mansum apud olia in parrochia saucte eugenie quem tenet R. f. de cza ingla et I. quartallum segalis apud galiczam quem facit P. mir eiusdem et omnes homines et feminas et census et usaticos et terre merita et quecumque alia iura. faciemus tenere libere pro alodio et tenemur de euictione...

Item vendimus semper b. de inuidio et Elemosine constitute in podioceritano per b. de inuidio et eiusdem rectoribus et ceter. pretio quatuor millia sol. barcs de terno pro libero alodio, Quidquid habemus et accipere consueuimus apud chexans et apud Riuum de chexans, videlicet iu mansis. G.i aure. et... de fonte et iu manso de canali et alibi in tota parrochia saucti stephani de ans et mansum novum de arauone iu parrochia de solerio, cum honoribus, possessionibus, hominibus, mulieribus, censibus, terrememeritis seruitiis et dominationibus etc. et. II. quart. sigal. et octo denarios melgomenos quos nobis tenentur facere annuatim pro censu. Johan. de nogerio de ix et suus parcerius, et illum modium sigalis recti quem tenet facere, G. iuiolls de ix et P. guitardi et illum qvart. sigalis quem annuatim accipimus iu manso, G. de roseto de estauar et illos. II. quart. sigalis et. II. sol. melg. quos tenet facere F. belassen de cereia et illos. III. quart. sigal. rectos quos annuatim. bern. sizfreu de edorris consueuit soluere et XII. denar. melg. quos tenetur prestare mansus de casa francha et octo sextertios sigalis rectos et III. sol. VIIII. denar. quos annuatim tenetur dare P. pedregal de florizii et unum quartal. sigal. et unam gallinam domesticam et unum modium sigalis rectum prepositi nostri Ceritanie et VIIII. denar. pro albergua quos tenetur prestare. R. F. de florizi et illum modium bladi et VIIII. denar. pro alberga quos tenetur dare bertholomeus F. de solero et octo sesterios sigalis rectos et unum quartale ciuate et. VI. sol. VI. denar. melg. quos tenetur facere auuuatim, R. F. et R. ripolli de

ur et. IIII.or sesterios et medium quartale ciuate et. III. sol. III. den. melg. quos tenetur facere annuatim R. dominici de vr et VI. den. melg. et. III. quartalos sigalis. XII. denar. quos tenet facere beatrix filia bereng. bern. de vr et illius fratris Petri laurentii et. VI. den. melg. quos tenet facere P. franch de vr et. VI. denar. mansii Marie podii de greza et omne ius quod habemus iu quadam terra terciali quam tenet pro nobis eadem Maria et in quadam terra tertiali P. de Podio de vr et Saurinum de podio fratrem illius et quicquid habemus apud sanctam eulaliam et apud villam de vincano? et terminis illarum et illam gallinam domesticam quam accepimus apud villarium de cheuus iufra parrochiam de isauals et quidquid habemus et accepimus apud Cortuassill et iu adiacentia saucti Quintini eiusdem. Vendentes et concedentes dicte heleemosine et uobis bernardo de inuidio et G. den. march. et Andree de isogoll et P. de serraclera constitutis rectoribus eiusdem heleemosine etc. totum ius et dominium et actiones et iura nobis in hiis competentia etc. faciemus tenere pro libero alodio ac immuni. Inducentes uos in posse etc. et tenemus de euictione et restitutione missionis siquis uos facere contrauenire iutuitu euictionis etc. Obligantes inde omuia bona dicti monasterii presentia et futura et si plus pretio dictorum quatuor millium sol. valet vel valebit damus etc. Et est sciendum quod inter denar, eiusdem pretii computant subscripti denarii quos infrascripti homines defuncti erogauerunt iu sua voluntate ultima eidem helemosine ad emendum perpetuo redditus qui pauperibus cum aliis erogentur, uidelicet b. de galines. M. sol. barcs. P. P. et Johan. filius suus M. sol. et G. mercer. D. C. sol. et b. de podio. C. XX. V. sol. et Girasida uxor b. bertran C. XX. V. sol. et uxor R.i F. deffuncta C. XXV. sol. barcs et omnes reliquos denarios ante habuimus et ideo sumus pacati.

Testes: Jouamus. G. comdor de florizi. Ar. clementis. et G. et Ar. filii sui et P. de odelo presbiter.

Item veudimus semper uobis R. de palol et P. ferranda filio ejus pretio LXXX. VII. sol. VI. den. barcs quidquid habemus et accipimus et accipere cousueuimus iu mansis de ach de sta. leocadia et. G. tascher...

Item uendimus semper uobis R.o et berengario filiis. Jo. clementis pro medietate et Ar.o mercatarum filio. A. mercatoris quondam pro alia medietate quicquid habemus apud Ruiltes et terminis suis et quicquid habemus iu yrauals scilicet ceusus taschas. usaticos. iura et terreme-

rita faciemus tenere libere, stare rebus. de euictione et Accipimus, CC. XVIII. sol. VIIII denar. barcs. de terno coronatorum quos immissimus et imponimus iu illa emptione quam fecimus.

It. vendimus semper tibi jauario et tuis quecumque habemus uel accipimus et accipere debemus iu manso tuo decz per de sancta lochadia... Et accepimus C. XL. V. sol. barcs de terno quos immissimus et imponimus iu pretio illius emptionis quam fecimus ad magnam utilitatem et commodum sancti michaelis.

It. ueudimus semper uobis. G. catelli et johanni de ur quicquid habemus uel accipimus et accipere debemus in villa de ventajola et terminis suis, scilicet census usaticos et questes et accipimus. C. LXXX. VII. sol. barcs quos misimus etc.

It. uendimus semper tibi. G. catelli et tuis ad libitum quicquid habemus et accipimus in manso de emboret qui fuit de pallares iu termino saucti stephani de ans... Et accepimus LXX. VIII. sol. barc quos immissimus etc.

It. ueudimus semper tibi Ar. clementis et tuis quicquid habemus et accipimus et accipere debemus iu uilla de ueutaiola et termiuis suis scilicet census usaticos et questes... et accepimus C. LXXX. VII. sol. VI. denar. quos misimus etc.

B. camdor de floridi. D. sol. barcs sine pignoribus uobis domino Jau pro venditione etc. iu sancto uincentio. iurat. fides. R. ciueler, G. den march, b. denueg, Ar.° clementis.

B. de inuidio et G. filius et G. den March. in tria millia et dccc LXX. V. sol. barcs. pro uenditione quam fecistis helemosine uobis domino Iau. abbati saucti michaelis dccc in natali denar. circiters sine pignoribus tria milia et reliquos iu Sancto lohanne iurant stare rebus et stare bonis helemosine.

Item nos III predicti promitimus predictum debitum soluere uobis domino Iau. predicto iu terminis supradictis. Alias illos M. S. quos uobis iu presentia tradimus de predicto debito sint uestri pro pena et instrumentum uenditionis honorum et censuum quos uendidistis helemosine et nos illos emimus nomine helemosine uobis restitutuatur ita quod ex tunc dictum instrumentum nullum robur obtineat et dicta uenditio sit casa et uana ex tunc. t. P. catelli E. podiiceritani G. de boluir, P. de odelo presbiter. Ar.° climencz.

B. de inuidio et filius eius et G. den march procuratores elemosine ville podiiceritani recognoscimus tibi R. bertrandi filio B. bertrandi quondam, nos esse pacati a te de illis. C. sol. mels. quos Creida mater tua quondam iu suo testamento dimisit dicte elemosine ob remedium anime sue. vnde absoluo te et tua et bona que fuerint ipsius. quos denarios misimus iu pretio illius emptionis quam fecimus a domino abbate sancti michaelis coxan. t. b. de boan, P. embercat.

Die iouis ante natalem dni X. Kal. jan. 1260.

B. de inuidio, G. den march procuratores helemosine constitute per dictum b. in podioceritano recognoscimus uobis P. de ur. f. de rippa, et R. aure quod de illis M. DCCC. sol. melg. quos uos receperatis a P. disogal ratione helemosine predicte quos, b. de gualines quondam dimiserat in suo testamento helemosine supradicte persoluistis uxori b. de gualines quondam pro suo sponcalicio LXX. sol. et D. sol. pelegrino de isauals ratione emptionis quam de ipso fecimus ratione helemosine dicte et DCCCC. XXX. sol. domino abbati sancti michaelis ratione emptionis quam de ipso fecimus ad helemosinam supradictam et R. aure. CCC. sol. ratione helemosine. P. aure quondam, unde per nos et sue procuratores helemosine supradicte solvimus uos et omnia bona uestra de predicta pecunia et de omni iure quod nos nobis competit ratione pecunie supradicte. t. b. de bono anno G. lobet P.° solacz.

V.° Kalend. januarii martis post natalem 1260.

B. de inuidio, G. den march et P. de serraclara de uoluntate et consilio proborum hominum podiiceritani, recognoscimus uobis P. giscla et. G. de rippa et f. de rippa et A. climentis manumissores P. F. et Johannis filii sui quondam nos recepisse a uobis illos, CCCC. sol. melg quos P. F. dimisit et illos CCCC. sol. quos Johannes filius suus similiter dimisit, dando in redditibus ad opus helemosine statute per me b. de inuidio. Quos DCCC. sol. dedimus et misimus in illa venditione quam fecit dicte helemosine Abbas sancti michaelis. Facimus pacem etc.

t. P. de rippa, Jo. der, f. de pi, b. de boan, et b. de aran.

A. N. lib. Firmitatis III idus decembris 1260.

XXXIV: pág. 273 n.º 349

21 novembre 1261, 27 abril 1886. Llivia: B. Romeu.

513.—In nomine Domini, Amen. Fidem facimus et testamur in verbo veritatis quod in Ecclesia Congregationis Puellarum sub Parrochia S.i Michaelis hujus civitatis Carcassonensis exstat depicta imago Beati Romaei de Livia cum Sanctorum insignibus, nempe: aureola circa caput redimita et Beati titulo decorata; in cujus honorem, diebus praesertim dominicis et festivis, accenduntur pia luminaria et persepe cantatur hymnus gallico idiomate compositus, approbatus indulgentiisque ditatus. Sane publici hujusmodi cultus significationibus manum non daremus ubi obstarent Ecclesiasticae regulae circa Sanctos ab Apostolica Sede nondum canonizatos. Cum autem plane sciamus Urbanum VIII expresse declarasse non fuisse suae intentionis comprehendere in suis prohibitionibus Beatos illos qui integro saeculo ante decreta a se edita, fuissent in possessione cultus ecclesiastici, et aliunde certo nobis innotescat Beatum Romaeum longe ante centenarium per ejus Urbani decreta prefixam, ut Sanctum habitum fuisse et cultum (cuyus corpus e terra elevatum et in tumba lapidea exaltatum cum magna devotione custodiebatur propter gratias sanitatum quas exinde perciebant egroti) et communi opinione inter Beatos Ordinis Predicatorum connumerari; clare apparet causam eius versari inter casus exceptos quibus sola deest formalis approbatio Sanctae Sedis. Per nos igitur, sicut et per Predecessorem nostrum, nunc Archiepiscopum Camberiensem, manet in suo jure usque dum Roma locuta sit, et fidelium veneratione fruitur, quem patres nostri honoraverunt et invocaverunt a diebus antiquis usque ad hodiernum tempus absque ulla interruptione. In quorum omnium fidem et testimonium has nostras litteras propia manu subscriptas proprioque sigillo munitas damus Die 27 mensis Aprilis anni D.i 1886 + Felix Arsenius Ep. Carcass.—L. + S.

Traslat del Ar. P. de Llivia, treta del Original del Prior dels Dominics de Maseres (Ariege.)

Del B. Romeu de Llivia hi ha publicada una biografia en 1603 pel P. Vicens Domenec O. P. en Varones Ilustres... i altra en 1884 pel P. Cormier. O. P.

XXXV: pág. 277 n.º 354

19 juliol 1264. Privilegi de la escribania.

De donatione scribanie

514.—Nouerint uniuersi quod nos Jacobus dei gratia rex aragonum, maioricarum et valencie, comes barchinone et vrgelli et dominus montispesulani per nos et nostros damus et concedimus ac statuimus ad censum uobis uniuersis probis hominibus seu uniuersitati podiiceritani presentibus et futuris scribaniam ville podiiceritani et totius ceritanie, quam Petrus riuipulli et Petrus gisclauar tenent modo, in hunc scilicet modum: Quod uos et uestri succesores habeatis et teneatis in perpetuum scribaniam predictam podiiceritani, et ibidem scriptorem seu scriptores quoslibet constituatis et constituere ac mutare possitis uestra propria auctoritate, qui ad huiusmodi scribanie officium boni sint atque legales; qui quidem, in uilla podiiceritani et in tota ceritania, instrumenta et quamlibet aliam publicam scripturam publice faciant et conscribant, et nullus alius, nisi ille seu illi qui uel quos uos ibi statuetis ibidem, nec in ceritania instrumenta aliqua uel aliquam publicam scripturam facere ualeat ullo modo. Vos uero et uestri succesores ratione scribanie predicte donetis et soluatis nobis et nostris succesoribus vel cui nos mandauerimus annuatim semper Octingentos sol. melg. pro censu, de quibus donetis et soluatis nobis medietatem in festo natalis domini et aliam medietatem in festo sti. Joannis babtiste mensis iunii. Et ita uolumus et concedimus quod uos probi homines et uniuersitas podiiceritani predicti et uestri succesores semper habeatis prefatam scribaniam, semper et de cetero teneatis et posideatis ut predictum est. Recipientes de cartis et aliis scripturis salarium quod inde est hactenus recipere consuetum; quidquid autem inde uos seu scriptores quos uos ibi ponetis acceperitis sit uestrum ad omnimodas uestras uoluntates. Volentes et nichilominus statuentes quod quandocumque et quotienscumque scriptorem uel scriptores ibi constituere uolueritis seu mutare, decem probi homines uille podiiceritani electi a consilio eiusdem loci, nomine predicte uniuersitatis ibi scriptorem seu scriptores constituant qui

boni sint ad predictum officium et legales et, si forte expedierit, similiter mutent eos, sed non possitis aliquem clericum ibi constituere in scriptorem.

Volumus etiam et concedimus uobis quod prefatam scribaniam habeatis ut predictum est, et semper teneatis, non obstante concessione seu donatione inde facta Petro riuipulli et Petro Gisclauarii predictis; ipsam enim concessionem seu donationem ex certa scientia reuocamus et nullius uolumus esse ualoris, ex ea specialiter ratione, quia petrus riuipulli predictus consuluit arnaldo draperii qui quemdam judeum prodicionaliter interfecit, quod nullo modo alicui persone illud confiteretur.

Promittentes uobis quod pro maiori censu uel minori predictam scribaniam nulli alii de cetero concedemus, nec eam uobis pro aliquo alio auferemus; uobis bene et fideliter attendentibus et complentibus supradicta: Ymmo mandamus firmiter baiulo nostro podiiceritani presenti scilicet et futuris quod predictam concessionem de iam dicta scribania uobis factam obseruent uobis et faciant obseruari et contra non ueniant nec aliquem uenire permittant aliqua ratione.

Datum barchinone XIIII.° Kalendis augusti anno domini M. CC. LX. quarto.

Signum + Jacobi dei gratia regis aragonum, maiorica-rum et ualencie, comitis barchinone et urgelli et domini montispesulani.

Testes sunt: Gaucerandus de pinos. A. de lortio, G. de caneto. Garcia ortiz de ataga. G. de rocha folio.

Signum + Simonis de sancto felicio qui de mandato domini regis predicti scribi fecit et clausit loco die et anno prefixis.

A. M. Trasllat de 3 desembre 1337,
i Llibre vert. fol. 3. (5.t pr.)

Forma iuramenti a notario prestandi dum de nouo creatur

Primo quod in officio artis notarie ad quod nouiter creatur, se habebit bene atque fideliter.

Item quod faciet capibreuia siue prothocolla omnium contractuum per ipsum recipiendorum.

Item quod non faciet contractus vsurarios atque illicitos etiam inter christianos et iudeos.

Item quod cauebit quod in contractibus per ipsum conficiendis, aut protestationibus, requisitionibus seu presentationibus litterarum iura regia in aliquo non ledet.

Item quod tenebit in secreto contractus per ipsum conficiendos et potissime si per contrahentes fuerit requisitus.

Item quod ex quo sibi fuerit satisfactum per contrahentes dabit eis instrumenta, sic quod ipsi contrahentes ob moram ipsis de non dando seu tradendo eis instrumenta nullatenus fatigentur.

Item quod se habebit promptum ad quoscumque contractus licitos faciendos et ad quevis alia instrumenta quandocumque fuerit requisitus.

Item quod omnia alia et singula ad ipsum officium spectantia faciet fideliter legaliter atque bene.

A. M. Manual Notari Jaume Jacinto Anglada 1616.

XXXVI: pág. 278 n.° 355

1) jnliol 1264. Declaracions del rei Jaume.

515.—Nouerint vniuersi quod cum contrauersia verteretur inter nos Iacobum dei gratia Regem Aragonum Maioricarum et Valentie Comitem Barchinone et Vrgellen dominum Montispesulani seu officiales nostros ex una parte, et homines vniuersitatis seu communis et iuramenti Podiiceritani ex altera super facto feudorum et foriscapiis adquisitionum seu venditionum alodiorum. Nos Iacobus dei gratia Rex predictus, per nos et nostros eisdem perpetuo concedimus et duximus statuendum debere procedi super predictis sub forma inferius comprehensa. In primis enim intelligimus quod omnia que sunt infra terminos castrorum que pro nobis tenentur fore de feudo nostro, hoc tamen excepto quod si aliquis homo noster uel quilibet alius emerit aliquas possessiones vel hereditatem, que sint infra terminos nostri Castri quod pro nobis tenetur, ab aliquo milite vel quolibet alio homine qui illam hereditatem vel possessionem tenuit et habuit pro alodio excepto illo qui pro nobis teneat castrum vel castellano vel baiulo. Intelligimns quod dicti emptores habeant pro alodio suo francho

dictas possessiones et hereditatem. Ita quod non teneantur nobis laudimium seu foriscapium dare venditore seu emptore probantibus quod pro alodio, iusto titulo tenuerint et habuerint illud, ipse et sui antecessores; verum tamen teneantur inde facere nobis et nostris semper omne seruitium vicinale simul cum vicinis suis et in eo ponere partem suam. Illud idem et eodem modo intelligimus de hereditatibus et possessionibus sitis et constitutis infra terminos villarum et castrorum nostrorum que nos habemus et ad nostram proprietatem tenemus. Item si nos vel aliquis de genere nostro emit aliquid castrum in quo nos vel genus nostrum potestatem non haberemus, et homines nostri seruitii vel alii, ante emptionem de ipso castro per nos vel genus nostrum factam, in eodem castro seu terminis eius emerint vel adquisierint, aut dono vel adquisitione iam habuerint, aut aliquis ab alio quocumque iam emerit uel adquisierit hereditatem aliquam seu possessionem, intelligimus quod iusto titulo illud habeant pro alodio si tamen illud adquisierunt pro alodio seu emerunt. Et si post emptionem a nobis vel nostro genere ex ipso castro factam, aliquis esset de ipso castro et suis terminis aliquid ab alio qui illud pro alodio, iusto titulo, haberet, intelligimus quod habeat pro alodio illud emptor, seruiendo tamen cum vicinis suis et ponendo partem suam in omni servitio vicinali. Et quia plures dubitant quid sit realenchun, intelligimus de illis hereditatibus et possessionibus que sunt de propriis villis nostris de quibus nostri homines inde nobis seruierunt. In omnibus autem predictis volumus et mandamus quod procedatur et iudicetur secundum formam superius comprehensam. In omnibus aliis vero casibus et questionibus et demandis procedatur secundum iuris tramitem et prout fuerit consonum rationi. Datum Barchinone XIIII Klns. Augusti Anno dni. M.° CC ° LX.° Quarto Signum + Iacobi dei gratia Regis Arag. Maioric. et Valen. Comitis B. et Vrgeli et dni. Montispesulani.

Testes sunt: Gaucerandus de pinos. G. de rocha folio. G. de caneto. Garcia ortiz de Açagra. A. de lerz. Sig + num Simonis de sancto felicio qui de mandato domini Regis predicti hec scribi fecit et clausit loco die et anno prefixis et est rasum et emendatum in V. linea vbi dicitur titulo et alibi in eadem linea ubi dicitur ipse.

A. M. Puigcerdá. Copia en pape simple entre'ls perg. d. s.

XXXVII: pág. 278 n.º 356

18 Mars 1265. Venda: casa de Mercader.

516.—Notum sit omnibus quod ego Arnaldus Mercatoris de Podio Cerdano, per me et omnes meos natos et nascituros, vendo semper et in presenti vobis Raymundo Bertrandi Canonico Urgellensi et Capellano de Aragolisa et tuis et cui volueris ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas, pro M. M. C. LXXX. VIII. Solidos Barchinone Corone de ferno, quorum LXII. solidos VI. denarii valent unam marcham argenti et sic de aliis hac ratione, de quibus sum bene tui paccatus, renuncians exceptioni peccunie non numerate et doli, quemdam mansum meum quem habeo in Podio Cerdano supra Ecclesiam sancte Marie eiusdem, cum domibus area et orto infra se contiguis; que omnia afrontant in orto et area et campo Arnalli Pelicer et in via et in orto Petri de Mornag; inducens te in presenti in plenam et corporalem et vacuam possessionem juris et facti de predictis, tradendo tibi predicta, vendens et cedens tibi et tuis et cui volueris, omnes acciones, petitiones et iura universa et singula mihi competencia et competere debencia in predictis, mihi vel meis amodo reservato, et pro eis et eorum ratione contra quamlibet personam, constituens te procuratorem et dominum super hiis tamquam in rem tuam propriam, nullo jure in predictis mihi et meis amodo reservato; promittens tibi stipulanti, bona fide et firma stipulatione, quod dictum mansum cum omnibus domibus et area et orto sicut sunt contigua, et omnibus aliis in se habentibus et habere debentibus, faciemus ego et mei te et tuos et quos volueris habere et tenere perpetuo possidere jure pure et perfecte emptionis, potenter, libere, pacifice et quiete contra omnes personas, sicut terminantur, cum ingressibus et egressibus, pausis, harietibus, stillicidiis seu degutoriis, operibus, construccionibus, hedificiis, melioramentis, juribus et pertinenciis suis, de abisso usque ad celum, ut melius et plenius predicta ad tuum et tuorum bonum et sanum intellectum possunt intelligi atque dici. Et de evictione tibi et tuis et cui volueris teneri semper promitto et de omni interesse evictionis; promitto etiam me et meos ponere et parare semper ante te et tuos ante causam et in causa et post causam et juri pro te et tuis offerre et ipsum sequi et firmare et causam et causas in me sumere et eis ducere meis

propriis sumptibus et expensis a principio usque in finem, tamquam meas proprias et meorum et restituere tibi plano verbo tuo ad mandatum tuum et tuorum omnes missiones et expensas si quas te vel tuos facere contigerit pro predictis evincendis et in causis ducendis vel alio quoquo modo; si forte pro predictis vel eorum aliquibus contra te vel tuos questio aliquo tempore moveretur; pro quibus omnibus et singulis obligo tibi et tuis omnia bona mea ubique habita et habenda. Et si plus dicto precio valet vel valebit hec venditio totum tibi et tuis dono gratis inter vivos, renuncians illi juri quo juvantur decepti ultra dimidium justi precii, et omni alii juri civili et canonico scripto, atque consuetudinario quo contra hec venire possem; et trado tibi duo instrumenta que de predictis habeo cum omni iure meo et actione, que instrumenta ostendere tenearis et de ipsis plenam copiam facere in iudicio et extra quocumque et quociescumque necesse fuerit ad deffensionem predictorum. Et est manifestum quod est actum. Anno Domini M.° CC.° LX.° V.°: die XV Kalendas Aprilis. Sig + num Arnaldi Mercatoris predicti qui hec laudo et firmare rogo. Sig + num Guillelmi et Petri filiorum illius et Mabilie uxoris predicti Guillelmi (?); qui omnes hec laudamus et firmamus et ego predicta Mabilia tactis mea manu. Sanctis IIIIor. Dei Evangeliis, juro predicta servare et non contravenire, in iudicio sive extra, renuntians, per virtutem prestiti iuramenti, beneficio velleiani et iuri dotis mee et sponsalicii et illi iuri quo mulieres alienantes, constante matrimonio iuvantur, et legi julie que prohibet alienationem fundi dotalis et omni alii iuri quo mulieres iuvantur. Sig + na Arnaldi Ameyll, R. Bordzes, Iacobi de Pruners et Magistri B. Medici, testium. Jacobus Orig publicus Podiiceritani Notarius hec scripsit et sub (s. man.) scripsit die et anno prefixis.

(Arxiu Capitular d'Urgell: Cart. vol. II, fol. 75, doc. n.° 72).

XXXVIII: pág. 279 n.º 358

3 setembre 1265. Ur: Prat adempriu de Puigcerdá.

517.—Notum sit omnibus quod nos Raymundus de vinçano et beatrix uxor illius per nos et omnes nostros natos et nascituros, gratis et ex certa scientia vendimus in perpetuum et concedimus vobis uniuersis et singulis hominibus habitantibus et habitaturis ville podii ceritani et omnibus vestris successoribus pro C. L. sol. barch. corone de terno de quibus sumus bene vestri paccati, renuntiantes exceptioni pecunie non numerate et doli pasturam et adempriuium cuiusdan prati quod habemus defensorium in terminis sti. martini de vr in ripparia eiusdem, quod dicitur pratum de al, terminatum in flumine aque de Regur, et in via et in prato communi quod dicitur de Feners et in prato tutori de vr et in prato petri de vilanguli de II partibus et Examini de vr; inducentes vos in presenti in plenam et corporalem possessionem iuris et facti de pastura et adempriuo prati supradicti: ita quod uos et omnes successores uestri quolibet anno per cuncta secula, sicata herba dicti prati et inde deducta, habeatis et habere debeatis pasturam et adempriuium in dicto prato ad omnia bestiaria uestra usque ad sequentem diem kalendarum marcii, quam erbam nos et nostri sicauerimus et abstraxerimus de dicto prato in festo sti. iacobi apostoli. Et nullum aliud bestiarium ibi habeat adimpriuium vel pasturam in aliquo anno nisi tantum uestrum et successorum uestrorum, retento tamen adempriuio et pastura de festo Omnium sanctorum usque ad kalendas marcii quolibet anno ad bestiarium ville de vr. Tamen si a festo sti. iacobi apostoli in antea, nos uel nostri in aliquo anno dimitteremus erbam in prato supradicto, siue illam non abstraxerimus, sit nobis et uestris licitum mittere in continenti et adducere bestiarium uestrum in eodem prato et pastura eiusdem; retento etiam et saluo nobis adempriuio et pastura in perpetuum in dicto prato ad vnum par bobum nostrorum tantum. Quam pasturam et adempriuium dicti prati ut superius expressum est, faciemus nos et nostri successores uos et uestros successores in perpetuum tenere et habere libere et quieta et pacifica possessione ab omni persona. Et tenebimus et promittimus tenere vobis de cautione contra quamlibet personam, obligando vobis et vestris inde bona nostra habita et habenda atque

universa et singula. Et si plus dicto precio valet vel valebit hec venditio et concessio, totum illud vobis et vestris damus gratis inter uiuos. Renuntiantes illi iuri quo subvenitur deceptis ultra dimidium iusti et omni alii iuri ciuili et canonico scripto uel non scripto ad hec infringenda uel aliquid eorumdem vobis competenti vel competito. Et tactis nostris manibus sanctis IIIIor. Dei euangeliis, iuramus predicta omnia et singula perpetuo obseruare et non contrauenire. Renuntians ego dicta Beatrix, pro religione prestiti sacramenti, beneficio velleriani et iuri dotis mee et sponsalicii et omni alii iuri et auxilio quibus mulieres alienantes res dotales iuvantur vel posunt modo aliquo iuvari. Et est manifestum quod est actum anno dni. M°. CC°. LX°. V, die III° nonis septembris. Signa R i. de vinçano et beatricis uxoris illius predictorum qui hec firmamus. R i. de cardona, G i. R i. de montecateno, Petri Simon, R i. de alentorn, berengarii de çatera, Giomballi de neruva, Ar i. de Al et berengarii fratris illius, testium. Sig + num Raimundi maurini publici podiceritani notarii qui hec scribi feci, dicentibus superpositis in secunda linea, ville podii ceritani.

A. M. P. d. s.

XXXIX: pág. 280 n.° 360

1265. Pi, Vilella: infeudació.

518.—Pateat universis quod cum ego bernardus... executor in negotio feudorum... petiit, ac cum eorumdem iuridictionibus donationibus et adempriuis in tota parrochia et terminos sancte Eulalie de Pinu et in villario de vilela in parrochia sancte Marie de Telono, a Serra scilicet portus de Cadino usque ad flumen Sigoris...

Predicta omnia emistis a Raimundo de pinós et modo de nouo ab Arnaldo Ameyll et patribus suis coheredibus R. Ameyl quondam qui vobiscum primitus...

quam a particularibus aliis et diuersis domino Regi in commissum adiudicari pro eo quia predicta omnia... litem contestando... iudicio concessistis vos tenere predicta et ea emisse pro franco alodio. Negauistis tamen ea esse de feudo regis... possidere vos et uestros predicta

omnia a tempore quo non extat memoria pro francho alodio... per quod... castrum de Tolone... produxit caput brevem antiquissimum comitis Ceritanie in quo continebatur.

Hinc est quod nomine domini Regis supradicti per ipsum et successores suos laudo, concedo confirmo et corroboro vobis primato Petro de rippa et vestris successoribus in perpetuum ad feudum domini Regis et suorum successorum predictam villam et vallem de Pinu cum omnibus curacionibus iuridictionibns pertinenciis feudis et refeudis eiusdem dominacionis terminis nemoribus et seluis, aquis et viis pascuis et pasturis hominibus mulieribus et redemptionibus eorumdem et cum questiis tallis forciis placitis et iuris in martinetis quolibet genere et omnibus aliis exitibus et prouentibus provenientibus ex dicta vila et valle et debentibus pervenire et terminis earumdem. Ita quod predicta omnia et singula et etiam illa que tam bernardus de Arnauda de podiocerdano quam quilibet alius tenent vel possident in villario de vilela vel in aliis locis termini predicte ville et vallis vos et vestri successores teneatis et possideatis perpetuo in feudino Regis et suorum successorum et eisdem inde fidelitatem diligentem vos et vestri successores perpetuo observetis. Et non possitis omnia predicta vel aliqua eorumdem alienare in militem Religionem siue Ecclessiam et quotiescumque in alias personas alienaueritis prestetur domino Regi et suis succesoribus pro laudimio quinta pars precii eorumdem, ipsa tamen villa et valle cum pertinentibus et terminis suis perpetuo remanentibus in feudum ipsum. Et nomine infeudationis huiusmodi nullam aliam servitutem habeat dominus Rex vel sui successores in predictis. Et non possit uobis vel uestris imputari uel obesse. Licet cessabitis petere uel obtinere a domino rege uel suis successoribus inuestituram predicti feudi, cum de uno in alium prouenient succesiue. Promitto igitur autoritate domini Regis et successorum suorum quod dominus Rex et sui successores faciant predicta omnia et singuli vos et uestros successores tenere et habere pro feudo suo omnia predicta cum omnibus iuribus pertinenciis terminis et adempriuis suis contra omnes personas, uobis et uestris successoribus in manu ipsius domini Regis inde cuilibet conquirenti facientibus iustitie complementum. Excepta tamen de huiusmodi infeudacione decima ipsius valle et vallis quam tenetis pro Ecclessia Urgellen. cui etiam pertinet de inre comuni. Unde ergo

Primatus. Petrus de Rippa, Recipiens dictam concessionem et confirmacionem ac huiusmodi infeudacionem juxta formam et condicionem predictam promitto fidelitatem inde domino Regi et suis successoribus observare et predicta omnia et singula complete, attendere et complere. obligans me omnia bona mea. Quod est actum

Anno domini millessimo CCLX.° quinto. Sig + num bernardi egidii prenominati qui hec firmo et auctoritatem domini Regis in hiis presto. Sig + num Guilelmi catelli iudicis a domino Rege assignati in hoc negocio qui hec firmo et auctoritatem iudicis presto. Sig + num bng. de podio alto Sacrista Scti. Michaelis. Petri rubi iurisperiti et R. aurer et Bonum mancipium de Podiocerdano Testium. Petrus Ripolli datus notarius publicus a domino Rege in conficiendis instrumentis negocii feudorum hec scripsit et istud consimile instrumentum appossuit in hoc sig + no.

Perpinyá, Ar. Dep. Lib. feud. A., f. 27, V.°

XL: pág. 281 n.° 361

21 gener 1266. Arcavell: Mas Babot,

519.—Notum sit omnibus quod ego Petrus babot de Archauel et Archauela uxor mea subiungimus in matrimonium Raimundum filium nostrum tibi Raimunde filie Mir dicti Arnalda de bescharan et Guilelme uxoris sue. Et in tempore nupciarum damus uobis et proli quam uos simul genueritis tertiam et sortem mansi nostri de Archauel tam de mobile quam de immobile et omnia ouilia tam magna quam parua et damus uobis pro melioramento omnes domos quas habemus in castro de Archauel et Aream nostram cum ortales et ortalibus et palealiis et porticis et II. ortos et. XIIII. terras et ortale Deschas cum alodiis et pertinenciis suis et. III. vineas et quamdam pardinam de Riuel, et compras et plantas quas de cetero faciemus. et iouam et bestia de carreig et totam partem nostram molendinorum de Riuner. Domos predictas affrontant de duobus partibus in carrerlis publicis et in domibus. G. ferrarii. Aream predictam cum cartalibus affrontant in Riuo et in area. G. carbonel et in carraria publica. Vnum ortum est ad solana et affrontat in orto, P. guilelmi, et in orto Raimunde babota

et in carraria publica. Alium ortum est a la hera del malreu. et affrontat in terra. P. alegre et in terra. G. carbonel. et in carraria publica. Vna de predictis terris est a les trauesseres et affrontat iu terra. P. Guilelmi et in terra Arnaldi de albinna de Lard et in carraria publica. Secunda terra est apud Socies. et affrontat in terra. G. alegre et in terra Arnaldi viues et in carraria publica. Tertia terra est ad fontem de Archauel et affrontat de. II. partibus in terra. P. guilelmi et in terra. G. alegre. Quarta terra est ad puiol et affrontat in terra. G. febrer et in terra. G. alegre et in carraria publica. Quinta est terra de la Regera et affrontat in terra. Br. alegre et in terra Raimunde babota et in carraria publica. Sexta est ortale de Archauel et affrontat in terra Arnaldi de albinna de Lard et in carraria publica et in Riuo de cagalel. Septima terra est in loco ubi dicitur Archauel et affrontat in terra Raimunde babota et in terra Arnaldi de la Riba. et in terra Arnaldi viues. Octava terra est als Lantillars et affrontat in terra . G. carbonel et in terra. G. dels alegres. et in terra. P. palomer. Nona terra est apud costam dels Lantillars et affrontat in terra. G. caluet. et in terra. G. carbonel et in terra Arnaldi de Albinna. Decima terra est apud costam de la plana. et affrontat in torrente et in terra. P. guilelmi et in terra del malreu. Vndecima terra est a les planeles et affrontat in terra Raimunde babota et in terra del malreu et in terra. P. alegre. Duodecima terra est a les planeles et affrontat in terre. P. guilelmi et in terra. G. caluet et in terra. G. dels alegres. Vna de predictis vineis est a les colties. et affrontat in Riuo et in vinea B. arnaldi et in vinea Arnaldi viues. Alia vinea est a les colties et affrontat in camino publico et in vinea B. arnaldi et in vinea . Ber. alegre. Alia vinea est apud olzines et affrontat in carraria publica de. II. partibus et in heremo. Predicta pardina de Riuel affrontat in terra. P. de stauaren de omnibus partibus. Sub tali tamen conditione damus uobis hec omnia predicta quod nos in tota vita nostra simus domini et possessores de predicto dono et de uobis et de cunctis omnibus bonis uestris habitis et habendis ubique et ametis et diligatis ac seruiatis nos sanos et infirmos pro bona fide tanquam patrem et matrem et omnes filios, et filios nostros presentes et futuros sint collocati de bonis predicti mansi in alio loco secundum possibilitatem predicti mansi. Item retinemus de predicto dono ad omnes uoluntates nostras semper faciendas. III. terras et. III. vineas. De quibus terris

prima est subtus malreu et affrontat in Riuo et in terra Arnaldi de la Riba et in terra. P. Guilelmi. Secunda terra est ad cher de iohane. et affrontat in terra. P. guilelmi et in terra Raimunde babota et in terra. G. carbonel. Tertia terra est a la forancha et affrontat in terra. G. calbet et in terra. P. alegre et in terra. G. alegre. Vna de predictis vineis est apud sancta pelaia et affrontat in vinea. G. alegre et in vinea. B. arnaldi et in vinea. P. guilelmi. Secunda vinea est ad comam de ribera et affrontat de II. partibus in vinea. P. guilelmi et in vinea. G. de Lard. Tertia vinea est ad conses et affrontat de. II. partibus in vinea. G. ferrarii et in vinea Arnaldi viues. Item. Tertiadecima terra de predictis terris quas uobis damus, est apud codiela, et affrontat de. II. partibus in heremo et in terra Arnaldi Rul. Quartadecima terra est apud Seruanura et affrontat in terra. P. del palomer et in terra. R. de la sala et in terra. G. carbonel. Que omnia predicta sunt in terminis de Archauel in apenditione sancti Andree eiusdem et affrontant de. I. parte in colle de cherald et de II.ª parte in cher agudel et de. III.ª parte in gradu de verters. de. IIII.ª uero parte in cogoil. Actum est hoc. XII. Kalendas februarii Anno. Xti. M. CC. LX. VI. Sig + num petri babot predicti. Sig + num Archauele uxoris eius qui hanc cartam firmamus et firmari rogamus.

Sig + num Petri guilelmi et Arnaldi rul de capiteuille et Guilelmi febrer de Archauel, testium.

Petrus de bellopodio notarius publicus ville Sedis scripsit hec mandato. G. de podio capellani de Archauel + die et anno prefixis.

Original.

Lles: Perg. de cal Clará.

Ap. XLI: pág. 282 n.º 363

Mars 1268. S. Esteva de Umfret S. Pere de Ger: Concordia.

520.—Cum inter dominum aprilem dei gracia episcopum vrgellensem et capitulum suum ex una parte agentem, et fratrem bernardum abbatem scti Saturnini de Tauernolis et conuentum suum ordinis sancti benedicti vrgellensis diocesis ex altera; super subiectionem ipsius monasterii

et abbacie scte Cecilie de riutort monialium ordinis sancti benedicti et prioratuum ipsius de villaniga et sancti laurentii de mareniis et ecclesiarum de ciuite et de Garemos? et de alos et quarumdam aliarum ecclesiarum sitarum in diocesi vrgellensi, in Curia Romana fuisset diucius questio ventilata, et in ea lata sententia per magistrum Ganarum Capellanum domini Clementis pape quarti et auditorem generalem in pallatio eiusdem, et eadem ab vtraque parte appellatione suspensa cum idem monasterium fuisset ex hoc diutius afflictum grauiter et atteritum. tandem idem dominus episcopus. et idem abbas de consilio suorum capituli et conuentus et prioris de villaniga comuniter conuenerunt quod Iohannes pelagii Sacrista. et benedictus prior vrgellensis et frater arnaldus de fuxo prior de villaniga et frater guillermus de alforgis prior sancte andree infra pontes. et frafer br. burdi prior fratrum predicatorum Terrachonensis et frater P. de vilamaior ad inuicem inter eos de compositione tractarent. Qui cum inter partes diucius et diuersimode tractassent, de voluntate vtriusque partis taliter dixerunt et ordinauerunt, quod monasterium sancti Saturnini de tauernolis cum tota parrochia sua et abbas ac monachi et prioratus de Villaniga et prioratus sancti laurentii de marnius cum parrochiis suis, clericis, parrochianis et familia sua. sint a jure et iuridiccione vrgellensis episcopi et ecclesie sue omnino libera et exempta et immediate pleno iure domino pape totaliter et ecclesie romane subiecta. Hoc tamen excepto quod prioratus siue prior tantum sancti laurentii de marnius det pro se et ecchlesiis de sancta cruce et de olers et sancti Saturnini de grdon domino episcopo vrgellensi et successoribus suis decem solidos annuatim tantum ratione procuracionis et nichil aliud siue regatur per priorem vel monachum. Si vero prioratus ille non regatur per priorem vel monachum tenatur abbas presentare clericum perpetuum vel temporalem domino episcopo vrgellensi qui ab eo curam recipiat animarum et idem dominus episcopus teneatur sibi recipere presentatum, cuius correccio et amocio tantum pertineat ad abbatem: teneatur tamen abbas priores monachi ac clerici dicti monasterii et prioratum seruare. Seruare interdictum positum per dominum episcopum vrgellensem siue sit a iure vel ab homine et vitare nominatim per ipsum episcopum excomunicatos suspensos et interdictos qui sint de sua iuridiccione, nec ipsorum quamque recipiant ad diuinam vel ecclesiasticam sepulturam quousque per ipsum

dominum episcopum vel alium qui possit et debeat fuerint absoluti. Sanctum vero chrisma oleum benedictum ordinationes monachorum et clericorum predictorum locorum, consecraciones altarium ecclesiarum ac reconciliaciones teneantur recipere ab episcopo vrgellensi si sine prauitate et difficultate illa voluerit conferre eisdem, alioquin juxta formam priuilegiorum suorum possint a quocumque voluerint episcopo, sine contradiccione vrgellensis episcopi et ecclesie eiusdem recipere supradicta. de gracia tamen abbas qui pro tempore fuerit in eodem monasterio veniat ad synodum vrgellensem pro honore et reuerencia ipsius domini vrgellensis episcopi et ecclesie, per quam tamen graciam nullum possit fieri preiudicium ipsi abbati, monasterio, prioratibus et ecclesiis eorumdem vllo vnquam tempore super omnibus premissis et singulis que possunt excogitari vel dici, in quo vel quibus exempcio predicti monasterii, prioratuum et ecclesiarum, abbatis, priorum. monachorum clericorum et laycorum suorum in aliquo possit ledi. Teneantur etiam dicti abbates et priores sextam partem mortuariorum soluere dicto domino episcopo vel illis ecclesiis que sunt sue iuridiccioni subiecte a quibus mortuorum corpora assumentur qui apud eos elegerint sepeliri. Idem etiam abbas et conuentus sancti Saturnini per se et successores suos absoluant et deffiniant inperpetuum domino episcopo vrgellensi et successoribus suis quicquid iuris eis competit vel competere potest racione ipsius monasterii ex quacumque causa vel modo in monasterio donarum sancte Cecilie de riutort ordinis sancti benedicti quod est situm in diocesi vrgellensi. Ita quod ex nunc in nullo teneantur abbati et monasterio supradicto sed sit omnino cum abbatissa et monialibus subiectum inperpetuum ipsi domino episcopo vrgellensi et successoribus eiusdem. Episcopus autem vrgellensis et successores sui teneantur semper vitare et facere vitari in ciuitate et diocesi sua monachos, clericos, laycos et familiam in predicto monasterio prioratibus et ecclesiis commorantibus per ipsum excomunicatos suspensos vel interdictos quousque per ipsum abbatem vel eius locum tenentem fuerint absoluti. Abbates siquidem supradicti et successores sui inperpetuum teneant pleno iure dictum monasterium et prioratus predictos cum parrochiis suis predictis monachis, clericis, laycis et familia et cum decimis et primiciis taxihis redditibus oblacionibus et obuencionibus quibuscumque libere et quiete ab omni iure et iuridiccione

domini episcopi et ecclesie vrgellensis et pleno iure vniuersa subiecta sint domino pape et iuris proprie ecclesie romane. Abbas siquidem dicti monasterii et successores sui in omnibus aliis ecclesiis monasterio et prioratibus subiectis qui sunt in tota diocesi vrgellensi quas vsque ad hec tempora tenuit idem monasterium cum eas vaccare contigerit, presentet Rectores ad regimen earum coram domino episcopo vrgellensi et successoribus eiusdem, qui episcopus et successores sui inperpetuum teneantur recipere a dicto abbate et successoribus suis presentatos. In omnibus autem illis ecclesiis et clericis suis abbas et successores sui inperpetuum possint excomunicare, suspendere et interdicere clericos et ecclesias et habeant correccionem et refformacionem in illis et etiam priuacionem siue destitucionem si necesse fuerit; et si forte appelletur ab eodem abbate a quocumque clericorum super aliquo premissorum, non ad episcopum vrgellensem sed ad summum pontificem appelletur. episcopus vero possit visitare predictas ecclesias et clericos earumdem. Et si invenerit in eisdem clericos correccione aut priuacione dignos, per suas litteras denuntiet abbati vel eius locumtenenti et si circa huius huiusmodi abbes inuentus fuerit negligens vel remissus in illos episcopus sua iuridiccione vtatur; et si per ipsum dominum episcopum aliquis clericorum earumdem ecclesiarum fuerit amotus, abbas presentet alium ipsi domino episcopo ad regimen ipsius ecclesie et ipse dominus episcopus presentatum recipere teneatur. Omnes autem clerici qui presentabuntur ipsi domino episcopo per abbatem ad regimen predictarum ecclesiarum faciant hobedienciam pro redditibus et iuribus monasterii et prioratuum ipsi abbati et teneantur eidem prestare iuramentum fidelitatis; et si super hiis idem abbas inuenerit clericum vel clericos earumdem ecclesiarum rebelles, possit ipsos per censuram ecclesiasticham cohercere, quos omnes teneatur vitare episcopus quousque per ipsum abbatem fuerint absoluti, si vero contingerit episcopum vrgellensem non recipi in ecclesia de ciuitate, impedientibus domino ipsius castri vel hominibus eiusdem vocet ad se clericos illius et inquirat de statu illius et si inuenerit aliquid dignum correccione in eo, abbati referrat per suas litteras quod ipsum corrigat vel reformet vel amouet, et si abbas inuentus fuerit negligens circa huiusmodi vel remissus ex tunc dominus episcopus vt in premissis aliis capitulis sua iuridiccione vtatur: si vero in hoc casu pre-

dicto homines de ciuitate nollent venire ad locum tutum assignatum eisdem per dominum episcopum vrgellensem vt inquisicionem faceret super excessibus clericorum vel parrochianorum si facta denunciacione per suas litteras super hoc abbati vel eius locumtenenti nollet vel non posset aut non auderet ipsos compellere aut ecclesiam interdire, ex tunc episcopus contumaces excomunicare et ecclesiam interdire possit et abbas premissas omnes sentencias seruet et faciat obseruari quousque per ipsum dominum episcopum fuerint relaxate, aliter si quidem dominus episcopus non possit clericum predicte ville vel homines siue ecclesiam illam excomunicare vel interdire quomodo superius est expressum. clerici vero omnium ecclesiarum parrochialium teneantur venire ad synodum vrgellensem et chrisma et oleum sanctum et ordines recipere ab eodem domino episcopo, consecraciones altarium et reconciliaciones earumdem, sed racione chatedratici nichil soluant; si vero ecclesia Romana ab vrgellensi ecclesia vel diocesi aut monasterio sancti saturnini petat subsidium, omnes premisse ecclesie contribuant cum dicto monasterio et abbate; episcopus autem vrgellensis in omnibus predictis ecclesiis proxime positis habeat visitacionem et moderatam procuracionem ab illis quas visitauerit super facultates earumdem et in omnibus aliis conferat ecclesiasticha sacramenta et propter ea que superius dicta sunt, in aliquo nec possit episcopus predictas ecclesias grauare, monasterium autem predictum habeat decimas et primicias et omnia alia iura et capellanias quas idem dictum monasterium sancti Saturnini et prioratus eiusdem recipiunt in ecclesiis parrochiis eiusdem et recipere consueuerunt recipiant in perpetuum libere et quiete preter predicta in superioribus capitulis memorata episcopo deputata: si vero de iuribus vel redditibus monasterii predicti ocupauit, accepit vel emparauit idem dominus episcopus vrgellensis a tempore mote litis, totum reddat vel desemparet monasterio supradicto. Illud autem quod dominus episcopus et vrgellensis ecclesia accepit et habuit in ecclesiis supradictis totum habeat et accipiat ex tunc libere et quiete. De causis autem spiritualibus videlicet matrimonialibus, vsurariis et et sacrilegiis cognoscat dominus episcopus vrgellensis et pro obpressionibus puerorum iniungat pecunias; hoc tamen saluo quod sacrilegiis comissis in predictis locis exemptis solus abbas cognoscat, et episcopus tamen in hiis sacrilegiis nullam habeat paritatem:

dictus vero dominus episcopus et abbas per se et capitulo et conuentu suo laudauerunt et probauerunt omnia supradicta per se et successores suos et ad inuicem stipulantibus promiserunt quod nunquam per se vel successores suos contra premissa veniant vel aliquod premissorum sed dictum monasterium sit cum predictis prioratibus et ecclesiis abbas priores monachi clerici layci et familia vt prior ab omni iure et iuridiccione domini episcopi et ecclesie vrgellensi pleno iure sint exempta imperpetuum et domino pape sint subiecta et iuris ecclesie Romane. Et monasterium predictum sancte Cecilie cum abbatissa monialibus et aliis et ad ipsum spectantibus sint iuris proprii vrgellensis episcopi et successorum ipsius et ex nunc in nullo teneantur abbati vel monasterio antedicto. Nomina autem ecclesiarum siue capellarum quas monasterium sancti Saturnini tenet in diocesi vrgellensi et tenuit vsque ad hec tempora sunt hec: detorrentibus cum suis sufraganeis, de castro de ciutat, de nargo cum suis sufraganeis, de Allos, de sancto martino, de Laduriz cum suis sufraganeis, de sancto saturnino de lanera, de sancta maria doesa cum suis suffraganeis, et delord, et deposada et de sancto petro de caserres cum sua suffraganea, et de sancto saluatore de cza vedera, et capella sancti Cipriani de figols, et capella sancti Petri de ger, et de valespir, et de obag, et de boteila, et Capella sancti michaelis de pontibus, et sancti andree de Todze, et capelle de sancta leocadia, et de sancto vincentio, de sancta coloma et de erigorvaian, et de sancto petro de belestar, et de sancta eugenia de torre et de sancto petro de ia , et de sancto stephano de riufret, et de sancta maria de casteilo et capelle castri de pontibus et de sancto vincentio de eilus. In premissis omnibus ecclesiis et capellis presentet abbas sancti saturnini et successores sui Rectores domino episcopo vrgellensi et successoribus suis cum eas vaccare contigerit, et sibi presentatos teneatur recipere vt superius est expressum. Qui cum fuerint presentati domino episcopo et successoribus suis per ipsum abbatem vel eius locumtenentem promitant obedienciam et Reuerenciam domino episcopo sub debito sacramenti cum ab eodem episcopo curam recepit animarum. actum est hoc

Kalendas aprilis anno a natiuitate domini M.° CC.° LX. VIII. Nos aprilis dei gratia vrgellensis episcopus + Ego Iohannes pelagii sacrista vrgellensis + Ego bernardus prior vrgellensis subscribo. Ego Iacobus Iohannis

archidiaconus vrgellensis laudo et firmo. Ego P. de Vrgio subscribo archidiaconus vrgellensis.

Ego Petrus de bello podio notarius publicus ville sedis. vice et mandato arnaldi de ripellis archidiaconi vrgellensis subscribo.

Ego b. de barberano abbas vrgellensis subscribo. Ego martinus petri precentor vrgellensis subscribo.

Ego petrus draperii capellanus sancti odonis subscribo. Ego petrus de sorigera canonicus vrgellensis subscribo. Sig + num G. de soriguera vrgellensis canonicus.

Sig + num G. de liuia vrgellensis canonicus. Sig + num bonanati canonicus vrgellensis.

Ego Iohannes dominici canonicus vrgellensis subscribo. Ego laurentius iohannis canonicus vrgellensis subscribo. Ego guillermus de Guario canonicus vrgellensis subscribo. Sig + num petri andree decani de valdelord vrgellensis canonicus.

Ego bartholomeus iohannis canonicus vrgellensis firmo. Ego petrus de bello podio notarius publicus ville sedis vice et mandato. br. de villarino canonicus vrgellensis subscribo. Ego Raymundus bernardi vrgellensis canonicus subscribo.

Sig + num fratris b. sancti Saturnini abbas.

Sig + num fratris A. de fuxo prioris villanige.

Sig + num fratris G. magistri monachi prioris et sacriste sancti saturnini.

Ego petrus de bello podio notarius publicus ville sedis, vice et mandato fratris hispanii monachi sancti saturnini subscribo.

Ego Petrus de bello podio notarius publicus ville sedis, vice et mandato fratrum R. de arts et poncii carrigera monachorum sancti Saturnini subscribo.

Ego frater bg. bernardi prior fratrum predicatorum Terrachone subscribo.

Ego frater petrus de villa maiori de ordine fratrum predicatorum subscribo.

Ego Petrus de bello podio notarius publicus ville sedis his interfui et rogatus scripsi et meum sig + num apposui die et anno prefixis.

Asso es trellat de la auinence del bisbe durgell ab lo Reuerent Abbat de Sent Cerni sobre las esglesies que lo dit Abbat possaheix en lo dit bisbat, lo qual translat fonch tret de vna carte en perguami en que ha dos sagells pendents que es dins Lo monestir de Senct Cerni de tauernolles, a V del mes de desembra lany M. Sinchcents e. hu.

Puigcerdà: A. P,

XLII: pág. 283 n.º 364

19 abril 1268. Concordia de S. Ramón de Penyafort.

521.—Cum inter Dominum Aprilem, Dei gracia, Episcopum Urgellensem et Capitulum eiusdem, ex una parte agentem, et Dominum Fratrem Iauzbertum, per eandem Abbatem Sancti Michaelis de Coxano et Conventum eiusdem, ex altera defendentem, super Ecclesia Sancte Marie de Podio Cerdano, et de Aragolisa, et de Boluir, de Saga, de Taltorta, de Tartera et de Rubio et quibusdam aliis in Urgellensi Diocesi constitutis; et super decimis, primiciis et oblacionibus et iuribus episcopalibus, et loco Sancti Bartholomei, sito in villa Podii Ceritani, et quibusdam aliis, in Curia Romana fuissent questiones diucius ventilate, factaque in eisdem fuit litis contestacio et posiciones facte hinc inde et ab eodem Summo Pontifice, de consensu parcium ad recipiendum testes, Abbas Sancti Genesii, Elnensis Diocesis, et Iohannes Dominici, Canonicus Urgellensis. et Frater Berengarius Burdi, de ordíne Fratrum Predicatorum, dati fuissent iudices, prout in litteris apostolicis et Domini Episcopi Hosciensis et Velletranensis, auditoris ipsarum causarum, plene dinoscitur contineri; ante harum litterarum presentacionem dictus Dominus Frater Iauzbertus, Abbas loci premissi, viam fuit universe carnis ingressus, ac per canonicam eleccionem et confirmacionem subrogatus eidem, Dominus Frater Berengarius de Pugalto et Conventus ipsius; qui per litteram dicti Fratris Berengarii Burdi, ad peticionem dicti venerabilis Patris Domini Aprilis Urgellensis Episcopi citati. idem Dominus Frater Berengarius, Abbas coram dicto Fratre et Iohanne Dominici, tercio coniudice non comparente predicto pro se et suo Conventu comparuit apud Podium Ceritanum dicto Domino Episcopo, pro se et suo capitulo personaliter comparente; cumque inter partes fuissent diversimode per dictum Fratrem Berengarium et alium fratrem, socium eiusdem, de composicione tractatum nec super hiis possent partes ad concordiam revocari, tandem inter eos, Dominum Episcopum et Abbatem, fuit comuniter et concorditer ordinatum ut coram Fratre R. de Pena forti et dicto Fratre Berengario Burdi et aliis ad hec ydoneis apud Barchinonam venirent et iidem inter partes de amicabili composicione tractarent; ubi in domo

Fratrum Predicatorum, eisdem Domino Episcopo, pro se et Capitulo eiusdem, et dicto Domino Fratre Berengario, Abbate, pro se et suo Conventu, coram dictis fratribus et Fratre Bernardo de Bacho, personaliter constitutis, uterque ipsorum Dominorum, Episcopus et Abbas, litteras sigillatas, sigillo sui Capituli Urgellensi et sigillo sui Conventus Sancti Michaelis de Coxano, obtulerunt: quarum forma talis est: Notum sit omnibus quod nos Benedictus Prior et Capitulum Urgellensem damus et concedimus voluntarium consensum et liberam potestatem dilecto nostro Iohanne Dominici, concanonico nostro, transigendi, componendi et amicabiliter tractandi, una cum venerabili Patre Domino Aprili, Dei gratia, Episcopo nostro, cum religiosis ac venerabilibus Dominis Abbate et Conventu Coxanensis, Ordinis Sancti Benedicti, Elnensis Diocesis, super omnibus querelis, contraversiis et demandis, tam de rebus spiritualibus quam temporalibus, que inter predictum Dominum Episcopum, nomine suo et Ecclesie Urgellensi, ex una parte et predictos Abbatem et Conventum, ex altera, moventur seu mote sunt, tam in Romana Curia quam alibi; et ipsum Iohannem Dominici ad hec procuratorem nostrum constituimus, specialem, ut hiis vice nostra possit assensum prestare; promitentes nos ratum et firmum perpetuo habituros quidquid super premissis per eundem Iohannem Dominici una cum predicto Domino Episcopo, cum predictis Abbate et Conventu compositum, transactum et amicabiliter tractatum fuerit seu etiam ordinatum. Et ut hec in dubio venire non possint, presentem cartam, consensus et potestatis, sigillo nostro munimine et per manum Petri de Bellopodio, notarii publici ville sedis, confectam eidem Canonico nostro ex certa sciencia duximus concedendam. Actum est hoc V idus Aprilis: Anno xpi. M.° CC.° LX.° VIII.° Ego Petrus de Bellopodio, notarius publicus ville Sedis, hiis interfui et rogatus scripsi et meum sig. (s. man.) num apposui, die et anno prefixis. Et aliam litteram: Noverint universi quod nos Fratres P. Prior et Petrus de Artiacho, Prepositus de Fulollar et Petrus de Ardena, Helemosynarius, et R. de Mollono, Prepositus de Tarascho et Bn. Prepositi, Prepositus Ceritanie et totus Conventus Monasterii Sancti Michaelis de Coxano, damus et concedimus auctoritatem ac potestatem vobis Reverendo in xpo. Patre ac Domino Fratri Berengario, Dei gratia, Abbate eiusdem Monasterii, quod in causa sive causis que vertuntur inter venerabilem

Dominum A., Divina miseratione, Episcopum et Capitulum Urgellensem, ex una parte et nos et nostrum Monasterium, ex altera, coram iudicibus seu auditoribns a Summo Pontifice deputatis, super ecclesiis et decimis et primiciis et aliis iuribus omnibus, que dictus Episcopus et Capitulum Urgellense, petebant et petant a nobis et nostro Monasterio, et loco sive capella Beati Bartholomei de Podio Cerdano, possitis transigere, componere et pacisci nomine nostro et nostri Monasterii; promitentes nos ratum et firmum perpetuo habituros quidquid per vos, dictum Dominum Abbatem nostrum, in predictis transigendo, componendo vel paciscendo actum fuerit seu etiam ordinatum. Et ut hec predicte majori gaudeant firmitate presenti pagine sigillum nostrum duximus apponendum. Actum est hoc apud Monasterium Sancti Michaelis de Coxano V. idus Aprilis: Anno Domini M.° CC.° LX.° octavo in presentia et testimonio Raimundus de Avelaneto et Arnaldus Gasch et Petrus de Turt, testium. De consensu itaque ambarum parcium et Iohannis Dominici, procuratoris predicti Capituli Urgellensis, habitis diversimode collacione, consilio et tractatu super omnibus supradictis, dixerunt et ordinaverunt dicti fratres, amicabiliter componendo quod Dominus Abbas Sancti Michaelis de Coxano et omnes successores sui, in perpetuum, in ecclesiis Sancte Marie de Podio Cerdano, de Aragolisa, de Bolvir, de Saga, de Tartera et de Robio et omnibus aliis quas usque ad hec tempora habuit, tenuit et possedit in tota Diocesi Urgellensi, idem Abbas et Monasterium vel suum locum tenentes presentent infra sex menses, a tempore sciencie cum vacaverint, personas ydoneas, inspectis facultatibus illarum ecclesiarum et condicionibus personarum illorum locorum vel vecinorum illius terre, Domino Episcopo Urgellensi et successoribus suis vel eorum locum tenentibus ad regimen earumdem; quas personas presentatas, si sic ydonee fuerint, teneatur recipere Dominus Episcopus in perpetuum et sui successores, verum tamen, si ex causa evidenti et racionabili, presentati ab Abbate vel eius locumtenente fuerint repulsi vel etiam non admissi, possit Abbas vel eius locum tenens iterum et iterum et quociens voluerit, semestri tempore durante, personas ut predicitur presentare Domino Episcopo vel eius locum tenenti ad regimen ipsarum ecclesiarum; quas si tales fuerint ut predicitur idem Dominus Episcopus vel suum locum tenens in ipsis ecclesiis recipere teneatur et eis curam comitere

animarum; si vero infra semestre tempus, ut predicitur, si persona ydonea per ipsum Abbatem vel eius locum tenentem ipsi Domino Episcopo vel eius locum tenenti non fuerit presentata dummodo impedimento legitimo non fuerint impediti, ex tunc Dominus Episcopus vel eius locum tenens sine contradiccione Abbatis vel eius locum tenentis, possit de persona ydonea, sicut predicitur, vaccanti ecclesie providere; in quo casu per ipsum Dominum Episcopum vel locum illius tenentem in eadem ecclesia institutus, infra quindecim dies obedienciam et iuramentum fidelitatis Domino Abbati vel eius locum tenenti facere teneatur, pro solvendo suis iuribus tam in temporalibus qnam spiritualibus et etiam conservandis, sicut de hiis inferius exprimetur, antequam possessionem ecclesie adhipiscatur; in omnibus autem predictis ecclesiis et singulis ac omnibus rectoribus earumdem et beneficium habentibus in eisdem, sine qualibet contradiccione Domini Episcopi Urgellensis et successorum suorum ac eorumdem locum tenentem, habeat Dominus Abbas et successores sui, in perpetuum visitacionem, procuracionem, correccionem, reformacionem, suspensionem et etiam amocionem si necesse fuerit, cui Abbati et successoribus suis aut eius locum tenenti teneantur omnes clerici omnium predictarum ecclesiarum facere obedienciam manualem et prestare iuramentum fidelitatis pro suis et sui Monasterii iuribus tam temporalibus quam spiritualibus solvendis ac conservandis; pro hiis omnibus iuribus solvendis et conservandis possit cum expedierit Abbas vel suum locum tenens suspendere et excomunicare et sub examine suo in causam trahere tam clericos quam laicos et interdicere omnes ecclesias supradictas; quas omnes sententias excomunicacionis, suspensionis et interdicti, pro reformacione, correccione et amonicione ac suorum iurium seu reddituum solucione et conservacione observet et faciat a suis subditis observari Dominus Episcopus et eius locum tenens et Canonici Urgellensis, et clerici et laici ipsas teneant et observent quousque per ipsum Dominum Abbatem vel eius locumtenentem fuerint relaxate; si autem ab ipso Abbate vel eius locum tenente a quocumque clericorum predictarum ecclesiarum super aliquo premissorum fuerit appellatum, non ad Dominum Episcopum sed ad Summum Pontificem appelletur; si autem ab aliqua predictarum ecclesiarum quisque per Abbatem perpetuo fuerit amotus, presentatum postmodum vel ab Abbate vel eius locum-

tenente, Dominus Episcopus vel eius locum tenens ad regimen ipsius ecclesie recipere teneatur secundum modum superius comprehensum. Omnes siquidem decimas quas in omnibus premissis parrochiis et singulis et omnibus aliis locis tocius Diocesis Urgellensis possedit idem Abbas et Monasterium Coxanensum vel aliquis pro ipso tenet in feudum et tenuit usque ad hec tempora cum titulo et omnes primicias oblaciones et obvenciones ac omnia alia iura tam temporalia quam spiritualia que ut predicitur idem Abbas vel Monasterium, percepit, habuit et possedit usque ad hec tempora in tota Diocesi Urgellensi, habeat ex tunc idem Abbas et Monasterium et percipiat in perpetuum sine contradiccione Domini Episcopi Urgellensis et successorum omnium suorum et tocius ecclesie Urgellensis. Item Abbas et successores sui possint compellere heredes illorum qui erexerunt aliqua altaria in aliqua illarum ecclesiarum vel ordinaverunt ibidem perpetuum servicium fieri per aliquem sacerdotem, si ad hec facienda successores eorumdem inveniantur negligentes et si circa hec Abbas inventus fuerit negligens, denuncietur eidem per litteras Domini Episcopi vel suum locum tenenti et ex tunc sicut in aliis capitulis superius dictum est idem Dominus Episcopus vel suum locum tenens in hec libera sua iurisdiccione vertatur. In omnibus aliis ecclesiis memoratis et singulis Dominus Episcopus Urgellensis et suum locum tenens habeat visitacionem et moderatam procuracionem secundum facultates earumdem et in eisdem conferat omnia ecclesiastica sacramenta; et si tunc visitando vel alias veritatem sciendo in eisdem vel aliqua earumdem invenerit aliquos clericos in eisdem ecclesiis constitutos dignos correccione, reformacione, suspensione vel etiam perpetua amocione, hec denunciet per suas litteras ipsi Abbati vel suum locum tenenti ut tales corrigat, reformet vel suspendat aut amoveat; et si idem Abbas vel suum locum tenens in huiusmodi vel consimilibus inventus fuerit negligens vel remissus, ex tunc idem Dominus Episcopus vel locum suum tenens circa hec libere sua iurisdiccione utatur, sine contradiccione Abbatis et Monasterii Coxanensis et suum locum tenentis. Omnium autem predictarum ecclesiarum et singularum clerici universi recipiant omnes ordines a Domino Episcopo Urgellensi et successoribus suis et prestent sibi Canonicam obedienciam et debitam reverenciam et ad sinodum Urgellensem veniant, sed pro cathedratico nihil solvant; crisma, oleum sanctum, consecra-

ciones ecclesiarum et altarium ac reconciliaciones earumdem ab eodem Episcopo et suis successoribus recipiant; et servent omnes suas sentencias et salubria ipsius monita et mandata et sui locum tenencium, salva semper fidelitate et iuribus monasterii supradicti. Et in omnibus premissis ecclesiis et singulis parrochiis et parrochianis illarum cognoscat Episcopus Urgellensis vel illius locum tenens de causis matrimonialibus, usurariis, de sacrilegiis, simoniis et de hereticis questionibus et aliis spiritualibus quibuscumque et pecunias iniungat pro opresionibus parvorum salvis omnibus que supra sunt Abbati et Monasterio reservata. Et insuper si rectores dictarum ecclesiarum vel beneficium habentes in eisdem iniuriati fuerint Abbati vel monachis vel illis qui cum eisdem morant vel in posterum morabuntur, tunc iniuriantes eisdem teneantur in Curia dicti Abbatis et posse litigare et respondere de illis. De omnibus vero aliis questionibus quas moverint clerici contra clericos vel e converso quarum cognicio alias ad Episcopum vel eius locum tenentem noscitur pertinere, cognoscat Episcopus vel eius locum tenens. Et si forte rectores dictarum ecclesiarum vel beneficiati in eisdem Domino Episcopo et Canonicis suis vel eius locum tenenti aut familie sue aliquam iniuriam intulerint, teneantur sub examine dicti Domini Episcopi respondere sicut superius dictum est de Abbate. Omnes sentencias excomunicacionis, suspensionis aut interdicti quas pro predictis aut aliis causis quibuslibet in clericos, laicos aut ecclesias, idem Dominus Episcopus vel sui successores aut eorum locum tenentes duxerint promulgandas, generaliter, singulariter vel particulariter, idem Abbas vel successores sui monachi, clerici et laici omnium predictarum ecclesiarum et parrochiarum villis aut villarum teneant irrefragabiliter et observent et faciant ab aliis inviolabiliter observari, quousque per Dominum Episcopum vel eius locum tenentem fuerint ille sententie relaxate. Locus autem Beati Bartholomei, qui est in villa Podii Ceritani, sine contradiccione ipsius Abbatis et Monasterii Coxanensis, remaneat apud Dominum Episcopum Urgellensem solidus et proprius, ubi faciat si voluerit oratorium vel Capellam, in qua cum ibi fuerit faciat Divina Officia celebrari. Et quidquid offeratur ibidem ab hominibus eiusdem ville in denariis, pane, vino et candelis totum restituatur ecclesie et Rectori de Podio Ceritano, exceptis ornamentis ecclesie si qua eidem dabuntur et

exceptis oblacionibus omnibus et luminariis qua in vigilia et festivitate Sancti Bartholomei offerentur in eadem ecclesia a parrochianis ecclesie de Podio Cerdano, nec audiant divina ibidem nisi in presencia Domini Episcopi. In illo vero oratorio vel capella hominibus de villa Podii Ceritani non ministrentur aliqua sacramenta per clericum vel clericos qui in illo personaliter deservirent, nec ad dictum locum Beati Bartholomei vel ad aliquod alium in tota villa Podii Ceritani ullo tempore aliqua parrochialis ecclesia tranferatur per Dominum Episcopum Urgellensem. Ornamenta vero et utensilia et campana et alia que extracta fuerint de oratorio vel capella Sancti Bartholomei restituantur integre Domino Episcopo Urgellensi. Et Dominus Urgellensis Episcopus remittat omnibus hominibus Podii Ceritani, clericis et laicis, omnes iniurias quas sibi et suis intulerunt usque ad hec tempora; et absolvat eos ab omnibus sentenciis excomunicacionis et aliis quas hactenus occasione huiusmodi contencionis incurrerunt vel in eos late fuerunt. Et Abbas et homines Podii Ceritani similiter omnibus qui eidem Episcopo et Ecclesie Urgellensi adheserunt et eius sentencias servaverunt remitant iniuriam et rancorem. Et dictus Dominus Episcopus pro se et Capitulo suo et dictus Dominus Iohannes Dominici, procurator eiusdem Capituli et dictus Dominus Abbas Coxanensis pro se et Conventu suo laudaverunt et approbaverunt expresse omnia et singula que superius sunt expressa et per se et omnes successores suos promisserunt et obligaverunt se et omnia dicte Ecclesie Urgellensi et Sancti Michaelis de Coxano servare in perpetuum et in nullo contravenire omnia premissa et singula superius comprehensa, renuntiantes pro se et dicta ecclesia Urgellensi et dicto monasterio omni iuri canonico et civili et omni alii cuiuslibet iuris auxilio quibus contra premissa ipsi vel successores sui vel aliquo predictorum possent in aliquo relevari. Quam composicionem et ipsius instrumenta composicionis idem Episcopus et Capitulum Urgellense et idem Abbas et Conventus eiusdem apposicione sigillorum suorum munierunt ut eidem fidem plenior habeantur. Actum est hoc in domo Fratrum Predicatorum Barchinone XIII.° Kalendas Madii: Anno Domini millesimo, ducentesimo sexagesimo octavo. Nos Aprilis Dei gratia Urgellensis Episcopus Subscribo. Ego Benedictus Prior Urgellensis Subscribo. Ego G. de Ioverre Archidiaconus de Ger Subscribo. Ego Iacobus Iohannis Archidiaconus

de Cerch in ecclesia Urgellensis laudo et firmo. Ego Berengarius Guinardi Archidiaconus de Arestot in ecclesia Urgellensi approbo et subscribo. Ego P. de Urgio Archidiaconus de Pratis subscribo. Ego Berengarius de Barbarano Abbas Urgellensis subscribo. Ego Martinus Petri Precentor Urgellensis subscribo. Ego P. de Soriguera Canonicus Urgellensis subscribo. Sig + num G. de Sorlguera Urgellensis Canonici. Sig + num Berengarii Fruillos Canonici Urgellensis. Ego Iohannes Dominici Canonicus et procurator sindicus subscribo. Ego G. de Cervaria Canonicus subscribo. Ego Bartholomeus Iohannis Canonicus Urgellensis subscribo. Ego Laurentius Iohannis Canonicus Urgellensis subscribo. Sig + num Petri Andree Decani de Valdelord Urgellensis Canonicus. Ego Petrus Draperii Capellanus Sancti Odonis subscribo. Sig + num Bonanati Canonici Urgellensis. Ego Raymundus Bertrandi Urgellensis Canonicus subscribo. Sig + num G. de Livia Urgellensis Canonicus Sig + num Berengarii de Garrigosa Canonici Urgellensis qui hoc laudo et firmo. Sig + num Petri de Ardena Helemosinarii. Sig + num R. de Castelione Camerarii. Sig + num Raymundi de Mollono Prepositi. Sig + num Poncii de Prato Subprioris. ¶ Sig + num Berengarii Abbatis predicti qui hec laudamus et firmamus. Sig + num P. Prioris.
Sig + num P. de Acziato. Sig + num Bernardi Prepositi, Prepositi Ceritanie. Sig + num Bertrandi de Tornalexo. Sig + num Iohannis Benedicti. Sig + num G. Martini Sig + num G. de Mornaco. Sig + num B. Iudicis, Prepositi maioris. Sig + num Fratris A. Berengarii. Sig + num Michaelis de Foliano. Sig + num Bn. Laurencii. Sig + num G. de Malveig. Sig + num A. Petri Snbsacriste. Sig + num B. Huardi. Sig + num R. de Godor Precentoris. Sig + num B. de Pulcrouisu. Sig + num B. de Milars, Pueri. Sig + num Raimundi de Bolvir, Pueri. Sig + num G. de Bestracha, Pueri. Sig + num Raimundi de Corsavel, pueri. Sig + num Fratris P. Coqui. Sig + num Vivas. Sig + num B. Sifredi, Cellararii. Sig + num Fratris Ade, Monachi. Testes hujus rei sunt Petrus Rubei, Iurisperitus de Perpiniano. Petrus de Sala Clericus vicensis. Gauce-randus de Podio alto, Monachus Rivipollensis. Guillelmus de Podio alto, miles. Arnaldus Sardina, Capellanus Domini Episcopi Urgellensis et Ferrarius de Mercatali.

Sig (s. man.) num Mathei Lupeti Notarii publici Bar-

chinone qui hec scripsit, fecit et clausit, die et anno prefixis.

Ego Iohannis Pelagii, Sacrista Urgellensis subscribo.

(Arxiu Capitular d'Urgell: Cart. vol. II, f. 37.vo, d. n.° 37).

XLIII: pág. 290 n.° 367

8 agost 1268. Llivia: I: Facultat per vendre.

722.—Nouerint universi quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maiorice et Valencie, Comes Barchinone et Urgelli et dominus montispesulani per nos et nostros absoluimus remitimus et deffinimus uniuersis et singulis hominibus totius ville et totius parrochie Beate Marie de Livia omnem questionem, petitionem et demandam et omnem penam ciuilem et criminalem, quod contra vos et bona vestra possemus facere, imponere vel monere ratione emptionum vel venditionum siue alienationum factarum inter uos ad invicem de terris, honoribus ac possessionibus ville de liuia et parrochie Beate Marie de Liuia, sine requisitione nostre et concessione. Ita quod ratione dictarum venditionum, emptionum seu alienationum factarum inter uos ad invicem non teneamini nobis vel nostris de cetero in aliquo respondere, vel nos vel nostri aut officiales nostri possimus inde vobis vel vestris vnquam facere petitionem aliquam vel demandam; sed sitis inde cum omnibus bonis vestris habitis et habendis perpetuo absoluti. Confirmantes vobis dictas emptiones venditiones seu alienationes factas inter uos ad invicem dum tamen non sint facte militibus nec clericis, quoniam illas, si que sunt, nullatenus confirmamus: saluis tamen semper nobis et nostris iure nostro censu dominico et faticha. Concedentes etiam vobis quod de cetero possitis vendere et alienare inter uos ad invicem terras, hereditates et possessiones vestras excepto tamen quod non possitis eas vendere vel alienare militibus vel clericis. Salvo tamen semper nobis ac nostris iure nostro censu dominico

Mandantes Baiulis, Vicariis et uniuersis aliis officia-

libus et subditis nostris presentibus et futuris quod dicta omnia et singula firma habeant, et obseruent et non contraueniant aliqua ratione. Datum Tarracona VIII° idus augusti anno domini M. CC. LXVIII°. Sig + num Iacobi, Dei gratia, Rex Aragonum, Maioricarum, Valentie, Comes barchinone et Vrgelli et dominus montispesulani. Testes sunt: G. de montechateno; Berengarius seruilionis, Guilelmus de castronouo; Raimundus de mornacho; Berengarius de gardia. Sig + num meum simonis de S.to felice qui mandato domini regis predicti, hec scribi fecit et clausit.

Traslat 11 maig 1611, tret de altre illegible, conservat al arxiu.

Per privilegi dat a Perpinyà 7 maig 1296, eximí la venda, de laudimi i foriscapi:

Iacobus Dei gratia... (seguent doc.).

Llivia A. M. Perg. n.° 53.

II: Franquesa de laudimi.

723.—Iacobus Dei gratia Rex Maioricarum. Comitis Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani, fidelibus suis vicario Ceritanie el baiulo de liuia. Salutem et gratiam. Cum homines de liuie habeant priuilegium de non soluendis laudimiis seu foriscapiis de possessionibus et terris quas vendunt seu emunt, sciatis quod hoc intellegimus de terris et possessionibus quas emunt seu vendunt inter se tantum. Vnde mandamus vobis quatenus dictum priuilegium eisdem secundum dictam nostram intentionem obseruetis et obseruari faciatis. Datum perpeniani nonis madii, anno domini M.° CC.° nonagésimo sexto.

Translat de 11 agost 1347. (1)

Llivia: A. M. Perg. plec de 1207.

---

(1) La tradició de S. Guillem, pervingut d'Alf, consignada en 28 juny 1250 (supra n.° 256, pàg. 218), cobra firmesa am l'establimen de cens de 7 octubre 1735, fet per Pere Ravetllat, pagés de la casa de Alf, parroquia de Alf, qui «en atencio que Anna Maria Casellas i

XLIV: pág. 293 n.º 371

2 maig 1269. Pastura del Tet fins a Camporrels.

De deuesia, siue pastura de aqua de la tet usque ad aquam que discurrit de camporrels.

724.—Nouerint uniuersi quod nos, Iacobus, dei gratia, rex Aragonum, Maioricarum et Ualencie, Comes Barchinone et Urgelli, et dominus montispesulani, per nos et omnes nostros damus et concedimus uobis vniuersis et singulis hominibus podiicerdani et succesoribus uestris in perpetuum defesiam siue pasturam ad opus bestiarorum uestrorum de aqua, uidelicet, de la tet usque ad aquam que descendit uel discurrit de camporrels, et sicut est de de carreria superius quam recedit, uel itur de hospitali de pertica usque ad pontem de la tet, qui est supra uillarium de fetges, versus ceritaniam; quam defesiam siue pasturam uolumus quod habeatis teneatis et posideatis uos et uestri prout includitur in terminos supradictos, sine impedimento alicuius persone, ad tenendum et pascendum ibi bestiaria uestra, cuiuscumque generis sint, et ad omnes uestros uestrorumque uoluntates libere perpetuo faciendas, sicut melius et utilius dici, scribi potest et intelligi, uel excogitari ad uestrum et uestrorum successorum bonum et sincerum intellectum.

Ita quod aliqui alii homines, preter uos et alios ceritanie qui consueuerunt ibidem mitere et tenere bestiaria, non sint ausi ponere uel tenere aliqua bestiaria; quod, qui

---

Revetllat germana sua en son vltim i vàlido Testament dexá i llegá a la Obra del Glorios Sant Guillem Confesor en la Iglesia Parroquial de Santa Maria de la Vila de Llivia de la mitad del Adot podia testar i disposar com consta en los Capitols, deu Ducats, moneda Barcelonesa, i no poder dit Pere Revetllat satisfer i pagar dit llegat ab diner, per lo tant promet pagar lo interès de dits deu Ducats, pensió anual sis reals plata de dita moneda pagadora quiscun any lo die vuit de octubre a favor de dita Obra, baix la obligació especial de dita Adot, i sens periudici de ella ab obligació de tots 'bens mobles e immobles, aguts i per auer... Presents per testimonis lo Rnt-loan Vidal Preb., i Rector de All, i lo Rt. Dr. Thomas Mata i Puig, Preb. i Rector de Bolvir». Acte rebut dit día per Salvador Barnola, prevere, rector de Saga, notari. (Llivia A. P. Llibre de S. Guillem).

La urna de S. Guillem, citada sup. n.º 2 6, pag. 218, que's conserva encara, va descrita en «Las Virgenes de Cerdaña», p. 31.

fecerit, soluat nobis decem solidos pro pena quotienscumque illud facere atemptauerit sine uoluntate uestra; et uos vel uestri nuncii pro predicta pena possitis dicta bestiaria, ac etiam pastores illa custodientes, et res eorum, pignorare; et ipsa bestiaria et pastores predictos expellere et eicere similiter de predicta defesia libere et sine aliquo periculo, propria auctoritate: quam penam uolumus nostro uicario per uos tradi.

Statuentes quod aliqui uestrum seu aliqui aliquorum hominum ceritanie non possitis in dicta deuesia ponere uel mitere aliqua alia bestiaria extranea, nisi uestra propria bestiaria tantum; quod, qui fecerit, penam predictam incurrat.

Mandantes uicariis, baiulis, curiis, et aliis oficialibus et subditis nostris presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula, firma habeant, et obseruent, et faciant ab omnibus inuiolabiliter obseruari, et non contraueniant, nec aliquem contrauenire permittant aliquo modo, seu etiam aliqua ratione.

Datum Ceruarie VI nonas Madii, anno domini M. CC. LX. nono.

Sig + num Iacobi, dei gratia, regis aragonum, Maioricarum, et ualencie, comitis barchinone et urgelli et domini montispesulani.

Testes sunt: Raimundus de cardona, P. de berga. Iacobus de ceruaria. R. de urgio. Berengarius de podio uiridi.

Sig + num Michaelis uiolera, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit, loco, die et anno prefixis.

Llibre vert. fol. 7 (14 p.).

XLV: pág. 294 n.º 373

5 agost 1269. Llosa...: Feus del bisbe d'Urgell.

725.—Pateat uniuersis quod bernardus freix de villa francha Confluentis datus a domino Rege Aragonum executor in negotio feudorum in partibus Ceritanie, Confluen. Riuipollen. vallis de pratis et vicarie campi rotundi, petiit in iudicio nomine domini Regis, et auctoritate comissionis sue sub examine R.i de morer prepossiti liliten.

iudicis a dicto domino Rege in predicto negocio assignati, contra uenerabilem Aprilem dei gratia Episcopum Urgellen. et Capitulum eiusdem libellum offerentis sub hac forma. Proponit bernardus fereix procurator domini Regis in negocio feudorum contra uenerabilem Aprilem Episcopum et Capitulum Urgellen. dicens quod domino Regi et suis predecessoribus irrequissitis fuerint hec omnia infra scripta in dictum Episcopum Ecclesiam et Capitulum Urgellen. alienata cum sint et fuerint de feudo suo in primis: Castrum de montelliano et census et redditus eiusdem cum suis terminis et pertinentiis. It. Castrum et vallem de cza losa et census et redditus eiusdem cum suis terminis et pertinenciis. It. villaria de salent et de Cabarriuo et de auolt et quosdam mansos apud valielam et apud Trauesseriis et apud petram et apud borr et census et redditus eorumdem cum suis pertinenciis et possessionibus omnibus. It Castrum de aqua tepida et census et redditus cum suis terminis et possessionibus. It. quosdam mansos de Edorres et quosdam mansos apud pedreram et apud Anahuyam et apud Estoll et apud Stam. Leocadiam et Mansi census redditus homines feminas et exitus cum terminis et pertinentiis omnium predictorum. It. decimas de Edzerre et decimas de alb et de mosoyll et de liuia et de Sta. Eugenia de baritano cum omnibus iuribus redditus et pertinentiis earumdem, Unde petuntur omnia supradicta nomine domini Regis sibi adiudicari tamquam comissa. Cui libello benedictus prior et procurator Episcopi et Capituli Urgellen. lite contestanda in iudicio respondet et concessit se idem Episcopum et Capitulum Urgellen. tenere omnia supradicta in locis superius notatis, negauit tamen fore uel fuisse predicta de feudo domini Regis, proponit eciam Episcopum et Cap (itulum) et ecclesia urgellensis tenuisse et possedisse quiete et in pace omnia supradicta pro francho alodio a tanto tempore citra a quo non extat hominum memoria in contrarium, proponit eciam in defensionem Episcopi et capituli urgellen. plura ex petitis fuisse coliata Ecclesie urgellen. antiquitus pro francho alodio et immuni ab illustribus comitibus et Comitissis Ceritanie, et alia fuisse (per) dictum Episcopum et Ecclesiam urgellen. consecutum pro francho alodio et immuni. Quedam ex largitate quorumdam fidelium. Non erant baiuli, castellani uel feudatarii domini regis in eisdem. Quedam ex emptione facta per Episcopum et Capitulum urgellen. pro francho alodio et ad probandum quod Episcopus, capitu-

lum et Ecclesia urgellen. habent castrum et villam de monteliano cum hominibus, feminis et pertinenciis suis pro francho alodio produxit quoddam instrumentum pro publico et notorio quod incipit Ratio exigit, autoritas iubet etc. et finit ante literam in perpetuum manet. It. ad idem produxit quoddam privilegium illustrissimi domini Petri dei gratia Regis Aragonie sigillo maiori sigillatum quod incipit. In xpi nomine sit notum cunctis quod nos Petrus dei gracia Rex Aragon etc. et finit ante datum id esse constat. It. ad idem et super hiis quod habent apud Olia et apud les et apud Stam Eugeniam produxit quoddam instrumentum Ar. filium R.i bg. comitis Ceritanie quondam quod incipit in nomine domini Ego Ar. prolis R.i bg. etc. et finit ante lit. facta carta donationis. It. ad probandum super hiis quod episcopus et capitulum urgellen. habent apud Travesseres produxit quoddam instrumentum quod incipit. In nomine domini I h u x.i ego isenius etc. et finit ante lit. relinquo filio meo Petro. It. ad probandum quod castrum de la losa cum omnibus suis terminis et iurisdiccionibus sit franchum alodum Episcopi et capituli urgellen. produxit quoddam instrumentum Dalmacii de Sto. martino quod incipit. Notum sit omnibus quod ego Dalmacius de de sto. martino etc. et finit ante lr. specialiter ponerent, quod quidem instrumentum produxit fieri hiis que habent apud villarium de Salent et apud Caborriuum et apud Auol et apud Valielam. It. ad probandum super hiis quod Episcopus et capitulum urgellen. habent apud borre produxit quoddam instrumentum quod incipit Anno ab incarnacione domini C.XVIII post mille etc. et finit ante Signum pre cetera veniant ad compos. It. ad idem probandum quoddam testimonium quod incipit Auxiliante Domino I h u xpo. etc. et finit ante liter. participem fiat. It. ad probandum super hiis que habent apud petram produxit testimonium proxime productum. It. ad probandum super hiis que habent apud Edorres produxit quoddam instrumentum quod incipit in Dei nomine ego G. et uxoris mee G.e etc. et finit ant. lit. facta carta donacionis. It. ad probandum quod castrum de aqua tepida cum hominibus censibus et iuribus eisdem sit franchum alodium Episcopi et cap. urg. produxit quoddam instrumentum quod incipit in nomine domini Ego P. miro donatus sum etc. et finit ante facta et non sit dirrupta. It. ad idem produxit quoddam instrumentum quod incipit iussio legis annuit etc. et finit ante factam per omnia secula. It. ad probandum super hiis que habent apud

petram et apud borr produxit instrumentum quod incipit auxiliante domino Ihu xpo.etc et finit ante Actum particeps fierit. It. ad probandum super hiis que habent apud pedreriam produxit quoddam instrumentum quod incipit in nomine domini nos simul in unum Sineofredus etc. et finit ante factam non sit dirruptam. It. ad p. s. h. q. h. Apud Anahugiam p. q. i. q. i. omnibus notum sit presentibus atque futuris etc. et finit ante Actum conuulsa consistat. It. ad pr. super hiis que habent apud Anahugiam produxit quoddam instrumentum quod incipit omnibus notum sit presentibus atque futuris etc. et finit ante conuulsa consistat. It. ad probandum super hiis que habent apud Estoll produxit instrumentum quod incipit Auxiliante dno. Ihu xpo. Ego Ar. etc. et finit ante Actum participes fiant. It. ad probandum super decimas quas habent super omnibus aliis supradictis, produxit quoddam privileg. Karruli magni quod incipit in nomine domini Saluatoris nostri etc. et finit ante lit. duximus sigillari. It. ad probandum quod Alexander Papa laudauerit concesserit et confirmauerit Ecclessie et capitulo urgellen. omnia supradicta pro maiori parte produxit quoddam privilegium sigillo plumbeo sigillatum quod incipit Alexander episcopus servus servorum Dei etc. et finit inveniant amen. It. ad probandum quod illustrissimus dominus Iacobus dei gratia nunc Rex Aragon laudauerit, concesserit et confirmauerit Ecclesie urgel. et Episcopo et capitulo et canonicis eisdem omnia supradicta pro maiori parte, bernardus de barbarano Abbas et G. de iuuerra Archidiaconus de urgellen, et procuratores Episcopi et capituli predictorum produxit quoddam privilegium quod incipit nouerint vniuersi quod nos Iacobus dei gracia Rex Aragon. etc. et finit ante datam aliqua racione. proposuerunt eciam predicti procuratores se et Episcopum et capitulum urgellen. esse absoluendi a peticione omnium predictorum et eadem omnia eisdem et Episcopo et capitulo supradictis esse adjudicanda pro alodia. Cumque super his inter bernardum ferex nomine domini Regis Agentem ex una parte et dictos procuratores deffendentes ex altera fuisset diucius altercatum coram me R.° de morerio iudice, tandem renunciando omnibus et singulis quod de iure et de facto partes uoluere proponere, concludentes et renunciantes in causa super premissis ferre sentenciam postularunt. Unde ego Raimundus de morer prepositus liliensis et iudex pro domino Rege in facto feudorum, uisa peticione predicta et responsione

subsecuta, visis et racionibus allegacionibus et deffensionibus versus partes et probacionibus diligenter examinatis et uisis eciam diligenter instrumentis in iudicio productis. Attendens quod omnia supradicta fuerint in Ecclesiam urgellen. translata pro francho alodio ex confessione et donacione illustrium Comitum et ex largicione et quibuslibet aliis modis adquisicce a pluribus et diuersis militibus et aliis hominibus quos non inueni feudatarios uasallos seu castellanos domini Regis in eisdem sicut per instrumenta producta in iudicio coram me fuit facta plena fides.—Constat eciam michi dominum iacobum nunc Regem Aragonum Confirmasse Episcopo et Capitulo vrgellen. omnia supradicta. Attendens dominum Alexandrum papam confirmasse ecclesie vrgellen. predicta omnia impetrative concessa pro maiori parte. Cum constat eciam michi intencionem bn. freix predictam non fuisse fundatam super propositis nec ipsa predicta uel aliquid de predictis posset probari esse de feudo domini Regis. perscrutatis diligenter caput breuis antiquissimis Registro Regis et habito super premissis sapiencium consilio et tractatu sacrosanctis dei evangeliis in mei presencia constitutis, deum habendo pre oculis sedens pro tribunali in nomine patris et filii et spiritus sancti predictos bernardum de barbara. Aprilem et Guilelmum de iouuerra Archidiaconum urgellen. et procuratores episcopi et capitulum urgellen. nomine eiusdem Episcopi et Capitulum et ipsum Episcopum et Capitulum urgellen. a peticione bn. freix absoluo, pro definitiua sentencia decernendo omnia supradicta in peticione contenta non esse de feudo domini Regis ante dicti et eumdem bn. freix in sua peticione condemno et eadem omnia cum omnibus iuribus, terminis et pertinenciis Episcopo et capitulo urgellen. sentencialiter adiudico pro francho alodio ac inmuni.—Saluo tamen censu quolibet et servicio et adempriuo quem uel quod dominus Rex recipit et debet recipere in predictis. Lata fuit hec sentencia in podio Ceritanie nonis augusti anno domini millesimo CC° LX° nono in presencia et testimonio R.i bertran canonici urgellen. Magistro R.i baiuli. bernardi embercat. Guilelmi miro R.i de torres et R i de roset.

Guilelmus clemens notarius publicus a domino Rege Arag. constitutus in negocio feudorum post mortem Raymundi amell, hanc sentenciam de mandato dicti iudicis scripsit et istam consimilem scribi fecit in hoc registro die et anno predictis.

Sig + num Raimundi de morerio iudicis predicti. Qui hanc sententiam tuli et propria manu firmo. Quod signum appositum fuit hic manu predicti notarii, hec in alia manu dicti iudicis ponetur. (1)

A. D. Perp. Lit. feud. A. fol. LXXVII.

XLVI: pág. 296 n.º 375

9 octubre 1269. Taia.

De questiis et tallis: quomodo debeant fieri.

726. - Nouerint uniuersi quod nos Iacobus, dei gratia, rex aragonum, maioricarum et ualencie; comes barchinone et vrgelli et dominus montispesulani. Attendentes quod inter probos homines et uniuersitatem uille podiicerdani erat contentio super talis faciendis de peylis.siue questiis, redemptionibus exercituum et caualcatarum et de aliis regalibus et uicinalibus exactionibus; uolentes ipsam con-

---

(1) En 1242 fou venguda la decima de Estoll, Escadars, Soriguera i Soriguerola per Guillema de Bolvir i son fill Guillem: els senyors de dits llocs, bisbe d'Urgell i Galcerán de Pinós, en feren el laudimi el prime, representat per Ramon de Travesseres, en presencia i testimoni de Ambronii, Pere Mercader, Pere de Noguer de Berga i Joan capellà de Isogol; el segon per sí mateix personalment, rebent de laudimi 16 d. en presencia i llohansa de Pere de Palau, son batlle, en VI° idus agost 1242. (A. N. Perg. coberta libri Testam. 1313; 6, 7, i 11 instrument).

En 15 gener 1296 Ramón de Soler, caballé,—*R. de solerio miles*—atenent a que ell exigia injustamen l'alberga al Rectó de S. Pere, de Lles i considerant ara que ell i sos pedecessors no debian rebrela absol i fineix per ell i tots els seus a dita iglesia i a Ramon Mir son rector de dita alberga.

Axi matex lloa, dona i concedeix a Ramon de Soler, fill de Berenguer de Soler, condam. de Lles, que per altre nom s'anomenaba *burdus de solerio* la batllia de les decimes de les parroquies e esglesies de Lles i de Valiela, qui les tinga per ell, li dongui bo i leal compte, li sia bo i fiel, i tinga per la plega cada any, quatre quartals de segle en les decimes de Lles, dos de segle en les de Valiella, la retrodecima pel seu treball... i dega donarli aquell sac i aquella soga que tindrá per reculli dites decimes—et tu et tui detis et dare teneamini me annuatim illum sacchum et illam sogam quos tenueritis et habueritis ad congregandum et colligendum dictas decimas—(Liber Extraneor. Mercurii XIII Kal. februarii, 1295, fol. 91).

tentionem remouere ab eisdem, per nos et nostros uolumus et statuimus perpetuo quod quandoquidem aliqua tallia fiet in uilla podiicerdani tam de regalibus quam de vicinalibus exactionibus, fiat in hunc modum, videlicet: quod probi homines et uniuersitas uille podiicerdani insimli *(sic)* eligant sex bonos homines ex ipsis, scilicet, duo de maioribus, duos de mediocribus et duos de minoribus qui sex, prestito iuramento primitus ab eisdem super crucem domini et sancta dei euangelia quod in facto tallis se habeant fideliter atque bene, ipsam talliam faciant prout eis bene et legaliter videbitur faciendum.

Et sic perpetuo fiant tallie in uilla predicta podiiceritani et non aliter; non obstante carta aliqua in contrarium per nos facta; videlicet, quod tallie fierent in uilla predicta per solidum et per libram.

Mandantes uicariis, baiulis et aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod dictum stabilitum nostrum et concessionem nostram, firmam habeant et obseruent et non contraueniant ullo modo, nec aliquem contrauenire permittant aliqua ratione.

Datum perpiniani VII idus octobris, anno domini M° CC. LX° nono.

Sig + num Iacobi, dei gratia, regis aragonum, Maioricarum et ualencie, comitis barchinone et vrgelli, et domini montispesulani.

Testes sunt: Gaucerandus de pinos. R. de urgio. Ermengaudus de urgello. Dalmacius de castro nouo. Sancius Martini de oblitis.

Sig + num Bartholomei de porta, qui, mandato domini regis, hec scripsit et clausit, loco, die et anno prefixis.

Llibre vert. fol. 5 (9.e priv.).

XLVII: pág. 290 n.° 369

14 març 1270. Orde de Penitencia: casa.

727.—Notum sit omnibus, quod ego Raimundus Bertrandi, canonicus Urgellensis, et officialis domini episcopi Urgellensis in Ceritania, per me et meos presentes et futuros, vendo semper et in presenti trado domino Deo et

toto conventui domus Ordinis Fratrum Penitencie Ihesu Christi de Podio cerdano et vobis fratri Petro de Concellabre, priori ejusdem domus, et vestris succesoribus et cui vel quibus volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere in perpetuum faciendas pro duobus milibus. Dcc. L. solidis Barchinone, corone de terno, valentibus XL. IIII.or marchas argenti, de quibus sum bene vestri paccatus; renuncians excepcioni peccunie non numerate et doli; quasdam domos nostras et ortum infra se contiguo que habeo in Podio cerdano. Que affrontant in area et clausa et campo Arnalli Pelicer, et in orto Petri de Mornacho, et in via. Inducens vos in presenti in plenam et corporalem possessionem iuris et facti de domibus et orto predictis; vendens et cedens predicte domui et ejusdem conventui et vobis et successoribus vestris omnes acciones peticiones et iura universa et singula michi competentia et competere debentia in predictis domibus et orto et pro eis et eorum ratione contra quamlibet personam. Constituens vos super hiis procuratores ut in rem vestram propriam, nullo iure michi vel meis retento vel reservato de cetero in premissis nisi tamen quod retineo michi in tota vita mea usum fructuum et statica in domibus et orto predictis, salva rerum sustancia; promitens vobis quod predictas domos et ortum ut terminantur, faciemus ego et mei predictam domum et ejusdem conventum et vos et successores vestros et quos volueritis semper tenere et habere libere et quiete ab omni persona cum ingressibus et egressibus, pausis, parietibus, stillicidiis sive deguta-riis, construccionibus, hedificiis et aliis suis pertinentiis. Et de evictione et omni interesse evictionis predicte domui et ejusdem conventui et vobis et successoribus vestris semper teneri promito; obligans pro hiis predicte domui et ejusdem conventui et vobis et successoribus vestris omnia bona mea habita et habenda ubique. Et si plus premisso pretio valet vel valebit hec venditio totum illud predicte domui et eiusdem conventui et vobis dono gratis inter vivos; renuncians illi iuri quo subvenitur deceptis ultra dimidio iusti precii et omni alii iuri civili et canonico scripto atque consuetinario quibus contra hec venire possem. Et est manifestum. Quod est actum anno Domini M.° CC.° LX.° VIIII.°, die II.e idus marcii. S + num Raimundi Bertrandi predicti; qui hec laudo et firmo. Ego Raimundus Bertrandi predictus subscribo:

S ++++++++++ na Ar. Petri. Petri Cog. P. Gis-

clavari. P. Lobeti. P. de Collcellabre presbiteri. G. de Eler. Faure, capellani de Vilalobent. Iacobi de Pruners. P. de Pinu et P. Raimundi Ros, Testes.

Sig + num Jacobi Orig, publici Podiiceritanensis notarii, qui hec scribi fecit. (1)

(Arxiu Capitular d'Urgell; pergamí original).

XLVIII: pág. 297 n.º 377

20 maig 1270. Privilegis: Confirmació i concessió.

De confirmatione aliquorum priuilegiorum.

728.—Nouerint uniuersi quod nos Infans Iacobus illustris regis aragonum filius heres maioricarum et montispesulani, rossilionis, ceritanie ac confluentum. Attendentes et considerantes multa grata seruitia, que nos probi homines et tota vniuersitas ville podiicerdani nobis multotiens exibuistis et exibitis, gratis et mea liberalitate per nos et nostros laudamus et confirmamus vobis et uestris successoribus imperpetuum illam donationem et concessionem quam illustris dominus ildefonsus, condam bone memorie, Rex aragonum uobis fecit et concessit; scilicet, quod forum siue mercatum, sicut consuetum est, sit semper infra villam podiicerdani in loco ubi nunc est; ita quod illud de cetero non mutetur nec astringatur nec peioretur.

Item, quod nullus, nisi sit populator et abitator

---

(1) Per edificá de nou unes cases situades sobre l'esglesia de Sta. Maria, el prior am Fr. Mateu d'Envalls. Fr. Bereng de Conceyllabre i Fr. Bern Iacobi, donats de la casa, en 20 juny 1292, vengueren per 125 s. b. altres cases situades tambe *in vicho super ecclesiam beate marie*, a Arnau Casthri de Puigcerda. (Lib. Firm. iouis XIII Kal. iulii, fol. 60).

Al mateix indret hi foren altres cases propies del Hospital de Sta. Maria de la Perxa segons el donatiu de R. Ferrer de Puigcerda de 13 desembre 1294 en que a honra de Deu omnipotent i de la gloriosa Verge Marie mare sua, dona a dit Hospital per amor de Deu i en remissió dels seus pecats, intuitu pietatis, 50 l. melg. que son vot·des per ell en la obra d'aquelles cases que dit Hospital i son comanador Fr. Pere es proposan fer i farán *in vico supra ecclesiam* ste. m. que don de dit Hospital i estan contigues entre sí. (Lib. Extran. lune idus ecembris fol. 72).

dicte ville podiicerdani, sit ausus in dicta villa uendere panos, siue solas, siue carnes per talio, siue ad talium, nec tenere tabulam.

Item, concedimus et confirmamus uobis et uestris nundinas, quas habetis in festiuitate scte. Marie augusti et omnium Sanctorum; ita quod omnes ad dictas nundinas venientes et ibi stantes et inde redeuntes sint sub nostro guiatico speciali.

Item concedimus et confirmamus vobis et uestris ut habeatis et accipiatis per omnia loca terre ceritanie ligna et aquas et paschua libere; que quidam *(sic)* (quidem) omnia sunt iam uobis concessa per dictum dominum ildefonsum cum instrumento prout in dicto instrumento hec latius continentur.

Item confirmamus uobis et uestris quoddam priuilegium uobis concessum ab ilustrisimo domino Rege patre nostro in quo scilicet priuilegio sunt uobis remisse exorquie, intestie et cugucie et quod possitis pignorare debitores vestros extra dictam villam commorantes ad soluendum uobis debita que vobis debeant, facta tamen ter fatica in nostro vicario ceritanie.

Item concedimus vobis et uestris quod villam podiicerdani nec aliquid de suis terminis aut pertinenciis aut uos ibidem commorantes, alicui militi, seu homini alii, aut mulieri, non dabimus ad tempus vel in perpetuum, nisi succesoribus nostris.

Item confirmamus et concedimus vobis et uestris privilegium et concessionem vobis factam a predicto domino Rege patre nostro, super facto scribanie podiicerdani, prout melius et plenius in dicto instrumento priuilegii continetur.

Item confirmamus et concedimus uobis et uestris priuilegium uobis concessum a domino rege patre nostro, scilicet: quod nullus possit in valle nouo podiicerdani, quod modo fecistis in in *(sic)* circuitu aliquod hedificium *(sic)*, nec nos uel uille podiicerdani, construere domos uel nostri possimus alicui uel aliquibus de dicto ualle partem aliquam dare vel stabilire ad censum; sed sit semper uallum pro fortitudine dicte uille, et quod nemo extra predictum uallum possit edificare seu construere domos siue siue *(sic)* aliquod aliud edificium, dum in dicta uilla infra dictam uallum de nouo factum spatium inueniatur ad dandum et populandum; in quo possint construi et edificari domos.

Item concedimus uobis et uestris quod si aliquis uestrum requisitus fuerit per baiulum podiicerdani ad querimoniam alterius uel etiam per dictum baiulum in ciuili causa. et ille qui fuerit requisitus petat dilationem pro satidatione *(sic)* prestanda baiulo dicte ville, quod dictus baiulus debeat sibi concedere dilationem in hunc modum: de mane usque in vespere, et de uespere usque in mane; et interim non detineatur captus, nisi esset persona suspecta, de cuius fuga uerisimiliter suspicetur.

Item concedimus uobis et uestris quod quilibet uestrum possit guidare in villa podiicerdani debitores alterutrius vestri, donec creditor fecerit preconizari quod suus debitor non guidetur.

Item concedimus uobis et uestris quod quicumque uestrum accaptauerit deinceps aliquod patium siue solium ad construendum domos, quod accaptator teneatur dimitere viam ad notitiam consiliariorum proborum hominum dicte ville.

Concedimus et confirmamus vobis et uestris concessionem illam per dictum dominum regem patrem nostrum uobis factam cum instrumento super elonguationibus debitorum que vobis debentur, uel de cetero debebuntur; prout in dicto instrumento, quod a dicto domino rege habetis, plenius continetur.

Mandantes baiulo podiicerdani et vicario ceritanie et uniuersis aliis officialibus dicti domini regis patris nostri, et nostri, presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula a nobis, vobis laudata et concessa, obseruent et faciant inviolabiliter obseruari et non contraueniant nec aliquem contrauenire permittant aliqua ratione.

Datum perpiniano XIII Kalendis Iunii, Anno domini M. CC. septuagesimo.

Sig + num Infantis Iacobi, illustris regis aragonis filii, heredis maioricarum et montispesulani, rossilionis, ceritanie et confiuentis.

Testes sunt: Ermengaudus de vrgio. Aries Iuanys. Gasconus de castelot. Eymericus de pulcrouicino. A. de lupiano.

Sig + num Petri de calidis, qui, mandato domini Infantis Iacobi pro petro de capelades notario suo, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

Llibre vert. fol. 3. V.° (6.° pr.)

Es el 9.° del Lib. privilegiorum.

XLVIIII: pág. 301 n.º 382

25 juliol 1270. Llivia: Molí per la Vila.

729.—Iacobus dei gratia Rex aragonum maiorice, valencie, comes barchinone et vrgelli et dominus montispesulani fidelibus suis vniuersis hominibus de liuia et totius parrochie eiusdem, salutem et gratiam. Dicimus et mandamus vobis firmiter quatenus Br.ª de liuia, vxor quondam Pontii Guilelmi de villafrancha, et Bernardus Guilelmi, filius eius, probare potuerint in posse iudicis nostri Ceritanie et confluentis (1) quod consuevistis molere bladum uestrum tempore dicti Pontii Guilelmi, quondam, in molendinis suis que habent ibidem, vos de cetero uestrum bladum moleri faciatis in dictis molendinis et non alibi. Hoc autem ratione aliqua non mutetis; alias sciatis quod mandamus eisdem quod vos inde compellant. Datum Valencie VII° Kalendas iulii anno domini millesimo CC.° LXX.

Translat en perg. VI° Kal. madii 1320.

Llivia A. M. Perg. n. 21.

L: pág. 314 n.º 407

12 novembre 1270. Canigó: Declaració sobre pastura.

730.—Hoc est translatum a suo originali bene et fideliter sumptum cuius tenor talis est:

Iacobus dei gratia, Rex Aragonum, maioricarum et valencie, Comes barchinone et vrgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis vicario et baiulo podiicerdani, salutem et gratiam. Dicimus et mandamus vobis firmiter quatenus priuilegia que abbas et Conuentus monasterii sancti martini de Canigono habent a predecessoribus nostris super facto pascherorum et pasturarum de verneto ac de odelono et a nobis confirmata, sicut firma in omnibus habeatis et obseruetis. Et contra ipsa priuilegia nullo modo veniatis nec aliquem contrauenire permitatis et hec aliquatenus non mutetis; Immo dicta priuilegia faciatis

(1) Cerdanya y Conflent continuan units.

aliquatenus non mutetis, Immo dicta priuilegia faciatis eisdem in omnibus inviolabiliter obseruari, non obstante Carta seu priuilegio postea a nobis concesso hominibus de podiocerdano; Quia non fuit nostre intentionis, propter illam concessionem restringere ius dicti monasterii nec reuocare in aliquo priuilegia sua antedicta. Datum Mazire II° idus nouembris anno domini M. CC.° L XX.

Hoc est translatum publicum quod Iacobus sobirani de villa francha scripsit et translatavit bene et fideliter ab originali sua littera dicti domini regis, sigillo cereo eiusdem domini Regis in dorso eius vt prima facie aparebat sigillata, mandato notarii infrascripti, nichilque in eo addidit, minuit seu mutavit, videntibus et legentibus tribus testibus infrascriptis, videlicet: Bernardo Ciuenaci, et Petro Raymundi de arcia, et Iohanne de Riuis, clericis, literatis villefranche qui hoc translatum et eius originalem literam viderunt, legerunt et tenuerunt et in omnibus bene conueniri inuenerunt, die qua dicebatur. VI. idus iulii anno domini M.° CCC° secundo et fecit hoc sig + num.

Sig + num mei Eymerici anglesii iudicis ordinarii confluentis pro Illustrissimo domino Rege maioricarum qui huic translato ab originali sua litera sumpto mi exhibita et ostensa, auctoritatem meam indiciariam et decretum interpono.

Sig + num bertolomei, Petri, Guillelmi notarii publici villefranche confluentis qui hoc translatum scribi fecit.

Raymundus de cuguls, mandato notarii subscripti hoc translatum scripsit et translatauit bene et fideliter ab alio translato, verbo ad verbum die II[a] Kalendis augusti, anno domini M.° CCC° vicesimo septimo, nichilo alio addito mutato vel variato, conuocatis ad eius examinationem, Guilelmo de einuals et bernardo de neua, literatis, qui videntes et legentes hoc translatum cum dicto alio translato, inuenerunt eosdem bene et fideliter conueniri.

Sig + num mei Raymundi canals, iudicis ordinarii podiiceritani pro Illustrissimo domino Iacobo, Rege maioricarum, auctoritate incliti domini inphantis de maioricis, cura eiusdem domini Regis, qui huic translato cum suo originali per me comprobato, auctoritatem iudiciariam interposui et decretum.

Sig + num Mathei de alb publici podiiceritani et Ceritanie notarii qui hec subscribo et claudo.

A. M. Plec pergamins seg. XIII.

LI: pág. 344 n.º 440

15 abril 1272. Casa de Pere Llop.

731.—Nos Iacobus dei gratia Rex Aragonum Maiorica-rum et Valencie Comes barchinone et Urgelli et dnus. montispesulani per nos et nostros damus et concedimus tibi Petro luppi de Podiocerdano et tuis in perpetuum quoddam patuum in vallo Podiicerdani juxta ecclesiam et extra murum dicte uille uidelicet quatuor braciatas in latitudine et quatuor in longitudine Contiguas domibus Bernardi rouira fusterii ad censum illum uidelicet quem alii qui ibidem habent domos ex donacione nostra nobis donant et dare tenentur pro qualibet braciata Volentes et concedentes tibi et tuis quod dictum patuum terre habeatis ad faciendum et construendum ibi domos Et ad dandum uendendum impignorandum vel aliter alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates libere perpetuo faciendas et sicut melius dici et intelligi potest ad tuum bonum et sincerum intellectum exceptis militibus clericis et personis religiosis. Et saluo nobis dicto censu dominio laudimio et fatica. datum in Acrimonte XVII.º (Kal. ?) madii. Anno domini. M.º CC.º LXX.º Secundo.

I. E. C. Libre dels privilegis de la insigne vila de Puigcerdá fol. VI verso.

LII: pág. 347 n.º 446

22 abril 1273. Caralps i Fustanyá: montanya.

732.—Hoc est translatum bene et fideliter sumptum et transladatum in ville *(sic)* de rippis die vigesimo nono mensis madii anno a nativitate domini millessimo sexentessimo duodecimo, a quodam alio publico et autentico translato invento in originalii registro de Guillermo de

prato, notario publico ville et vallis de rippis, reperto in arxivo dicte ville de rippis, cuius tenor talis est:

Nouerint uniuersi quod nos infans Iacobus, illustris regis Aragonnm filius heresque maioricarum et montispesulani, rossilionis ceritanie ac confluentis, ex parte dicti domini regis patris nostri et nostra damus laudamus et concedimus in perpetuum vniuersis et singulis hominibus parochiarum de caralps et de fustanyá vallis de rippis presentibus et futuris, omnes portus, pasturas et pasturalia nostra, que sunt infra terminos dictarum parochiarum; ita quod predictas pasturas teneatis, habeatis libere et quiete et adempretis ad omnes vestras vestrorumque voluntates; et quod possitis in dictis pasturis mitere quodcumque bestiare volueritis, et quod nullum bestiarium aliud possit vel audeat infra dictas pasturas intrare, ademprare siue pasti; et quod nullus baiulus, vicarius aut alius oficialis dicti domini regis vel nostri aut quilibet alius possit vel audeat immittere in dictis pasturis aliquid bestiarium sine vestra et vestrorum licentia et voluntate; quod si facerent, vos illud inde possitis expellere vestra propia voluntate: excepto tamen bestiario quod dicto domino regi aut nobis soluerit pasquerium apud vincianum; vel si forte esset bestiarium extraneum inter dictas pasturas quod dicto domino regi aut nobis non soluisset pasquerium apud vincianum, de quo dictum pasquerium dominus rex et nos habere deberemus, quod illud pasquerium in predictis locis seu paschis dictus dominus rex et nos possemus facere recipi et habeamus: pro quibus paschis seu pasturis teneamini semper vos et vestri dare dicto domino regi et nostris in perpetuum singulis annis, in festo omnium sanctorum, quinquaginta solidos melgonenses de censu: hanc autem donationem seu concessionem facimus vobis, ut supra dictum est, saluo in omnibus iure dicti domini regis patris nostri et nostro, quodcumque eidem et nobis in reedictis locis antea competebat et ibi habere consueuit, st saluo iure in omnibus alieno: pro hac autem donatione peu concessione confitemur nos a vobis habuisse et recepisse quingentos solidos melgonenses: renuntiantes exceptioni pecunie non numerate et doli: mandantes baiulis, vicariis et vniversis aliis officialibus et subditis dicti domini regis patris nostri et nostris, presentibus et futuris quod predictam donationem seu concessionem nostram, finatam habeant et obseruent et non contraueniant nech aliquem contrauenire permittant aliqua ratione; quicumque autem

contra hanc nostram concessionem venire atemptauerit, iram et indignationem nostram et penam ducentorum morbetinorum se nouerit in futurum dictam penam nobis sine remedio aliquo soluendam. Datum in perpiniano decimo chalendas madii anno a natiuitate domini millesimo ducentesimo septuagesimo tersio. Sig + num infantis iacobi, illustris regis Aragonum filii heredis maiorice et montispesulani, rossilionis et ceritanie ac confluentis. Testes sunt: Infantius, vicecomes rochobertini, Gauce-randus de vrgio, Ermengaudus de vrgio, Eymerichus de pulcro vicino, Arnaldus de lupiano.

Publicat en Alart, Pr. et Tit. p. 322 altre rransllat.

Plecs closos Vall de Ribas, doc. 8.°

Reparació d'eix document.

Hoc est translatum de verbo ad verbum bene et fideliter, auctoritate et decreto judicis ordinarii termini castri de gardia pro domino Rege roboratum inferius subscribentis et auctoritate sua judiciaria prestantis, sumptum, a quadam carta regia seu priuilegio regio Excellentissimi principis et domni domini Iacobi recolende memorie regis maioricarum, eiusque sigillo in pendenti in cordula de cirico croceo et vetulis cum cera alba comunito vt prima facie apparebat. In quo quidem sigillo erat sculpta effigies militis regis equitantis in equo et arundinem in manu vibrantis.—Litere tamen dicti sigilli que sunt scripte in circumfferenciis ipsius sigilli non poterant bene legi propter inapparentiam earumdem. Tenor igiur huius carte regie seu priuilegii regii seritur sub hac forma.—

Nouerint vniuersi quod XII° Kalendas februarii anno domini M° CC° LXX° Septimo Iohannes de puyols de queralps ex parte universorum hominum parochiarum de Queralps et de fustiniani ac vallis de Rippis, Comparuit coram nobis Iacobo dei gracia Rege maioricarum, Comite Rossilionis et Ceritanie et domino Montispesulani, et a nobis supplicando petiit quod faceremus reffici et reparari quoddam instrumentum a nobis tempore domini Iacobi bone memorie Regis aragonum patris nostri dictis hominibus concessi super portubus et pasturis ac pasturalibus que sunt inffra terminos dictarum parochiarum quod instrumentum erat per mures ruptum seu corrosum

In aliqua parte sui, quod instrumentum fuit nobis ostensum, et quia uidimus et cognouimus ita esse quemadmodum extitit propositum coram nobis, Idcirco, dauimus predictum instrumentum reffici seu eciam reparari per Petrum de calidis scriptorem nostrum prout in registro nostro dinoscitur contentum. Tenor autem dicti instrumenti in registro dicti domini Regis talis erat.—

«Nouerint vniuersi quod nos Infans Iacobus illustris Regis Aragonum filius, heres maioricarum... (1) Arnaldus de Iupiano». Sig + num Petri de calidis dicti domini Regis scriptoris qui mandato ipsius domini Regis dictum instrumentum puncto ad punctum, verbo ad verbum prout in registro ipsius domini Regis tempore quo erat dominus Rex Inffans Ia. illustris Regis Aragonum filius heres maioricarum et montispesulani Rossilionis et Ceritanie ac confluentis, scribi se faciebat, inuenitur, fecit reffici et reparari in hac presenti pagina et sigillo dicti domini Regis sigillauit in perpiniano XII° Kalendas februarii Anno domini Millessimo CC° LXX° septimo: Acta fuerunt hec et a dicto suo originali non viciato non cancellato nec in aliqua sui parte suspecto auctoritate et decreto predictis de verbo ad verbum bene et fideliter sumptum in loco de queralps, vicesima die aprilis anno a natiuitate domini Millessimo CCC' Quinquagesimo Septimo. Presentibus ac vocatis ad hec pro testibus Guilelmo de tubau. Iohanne daspera presbiteris de queralps et bertholomeo de barrichona clerico coniugato de Riuipullo.

Sig + nnm berengarii stephani ludicis ordinarii termini castri de gardia pro domino Rege. Qui huic transumpto a dicto suo originali non viciato non cancellato nec in aliqua sui parte suspecto sed omni vicio et suspeccione carente bene et fideliter de verbo ad verbum sumpto et per me cum ipso legitime comprobato ex parte dicti domini Regis, et auctoritate officii quo fungitur auctoritatem suam iudiciariam interponit pariter et decretum manu propria subscribendo vt ipsi transumpto tanquam suo originali fidem plenam ab omnibus impendatur:

Sig + num mei berengarii stephani auctoritate illustrissimi domini Regis Aragonum notarii publici per totam rerram et dominacionem eiusdem. Qui hoc translatum a dicto suo originali non uiciato non cancellato nec in aliqua

(1) Ut supra, pág. 579.

parte suspecto, de verbo ad verbum bene et fideliter sumptum et per me cum eodem legitime comprobato aucteritatemque *(sic)* per dictum iudicem vt pro eius subscripcione sua propria manu supra factam liquide est uidere, scripsi sumpsi translataui et clausi die et anno vltimo supra scriptis. Constat michi de supraposito in XVIII.ª linea ubi dicitur antea.

A. P. Caralps, perg. n.º 9.

LIII: pág. 348 n.º 447

19 juny 1273. Confirmació de paschers.

De laudatione terminorum et deuesiarum et pasturarum.

733.—Nouerint uniuersi quod nos Iacobus, dei gratia, rex aragonum, maioricarum, ualencie, comes barchinone et urgelli et dominus montispesulani, per nos et nostros laudamus concedimus et confirmamus vobis uniuersis et singulis hominibus habitatoribus (Podiiceritani) presentibus et futuris in perpetuum omnes terminos deffesias et pasturas vbicumque sint; et quemcumque, uel quos, uel quas nos et illustris rex ildefonsus, condam bone memorie, auus noster, et alii antecessores nostri, vobis et uestris antecessoribus dedimus et concessimus cum cartis quas inde habetis prout in ipsis cartis melius et plenius continetur; et omnes alios et alias quos et quas uos tenetis et possidetis et habere et possidere debetis iusto titulo; non obstantibus aliquibus priuilegiis, concessionibus, donationibus litteris aut etiam comissionibus alicui uel aliquibus in contrarium per nos factis uel concessis; super que, uobis confirmamus ab illo tempore citra, quo nos et predicti antecessores nostri uobis dedimus et concessimus predicta: que priuilegia, concessiones comissiones et alia per hoc presens instrumentum uel confirmationem expresse et ex certa scientia reuocamus, quamuis etiam aliquis processus sit habitus per dictas comissiones, ab illo videlicet tempore citra quo nos et predicti antecessores nostri uobis dedimus et concessimus predicta, ut superius iam dictum est:

Excipimus tamen de istis illa super quibus contendebatis cum monasterio pòpuleti, de quibus nos fecimus compositionem inter uos et dictum monasterium: Mandantes vicariis, baiulis, et uniuersis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod omnia supradicta et singula firmiter habeant et obseruent, et in aliquo non contraueniant aliqua ratione; ymmo uos et uestros et quemlibet uestrum custodiant, protegant, manuteneant et defendant in possessione et iure omnium predictorum, si de mea confidunt gratia et amore.

Datum Algecire XIII Kalendis iulii, anno domini, Millessimo Ducentesimo LXX.° tertio.

Signum + Iacobi, dei gratia, regis aragonum, Maioricarum et valencie, comitis barchinone et vrgelli, et domini montispesulani.

Testes sunt: Petrus martini de luna. Ferricius de li Dana. (1) Vgo de balcio. Blasco Maza. Egidius de rada.

Sig + num Simonis de sancto felicio qui, mandato domini regis predicti, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

Llibre vert. fol. 4.° V.° (7.e priv.).

LIV: pág. 346 n.° 445

27 febrer 1274. Caralps: Querella.

734.—Infans Jacobus illustris regis Aragonum filius heres Maioricarum et Montispli Rossilionis Ceritanie ac Confluentis, dilecte sue dompne Sibilie de Ripis, salutem et dileccionem.

Intelleximus quod vos convenitis homines de Queràlps coram Raymundo de Morerio, judice ut dicitur a domino rege patre nostro delegato, racione illorum portuum de Coma de Vacha et aliorum locorum, quos portus nos eisdem dedimus ad accapitum, prout scitis, et eciam pro quibusdam excessibus quos ipsos asseritis comisisse. De

(1) El Trasllat del Llibre vert porta de lizina.

quo de vobis quamplurimum admiramur, cum, si ipsi in dictis portibus vobis injuriaverunt in aliquo, debuissetis primo ad nos recurrere, cum ipsi pro nobis et ex concessione nostra sint in portibus antedictis, et poteratis et de hiis potestis confidere quod de vobis et filio vestro jus vestrum in predictis breuiter redderemus. Quapropter, ne dicti homines vexentur laboribus et expensis quas dictus Raymundus, ut asserunt, exigit ab eis inmoderate, volumus et mandamus quatenus breuiter, scilicet cum vobis fuerit oportunum, mitatis ad nos Guillemum Poncii fratrem vestrum vel aliquem ydoneum loco vestri, cum quo de predictis loqui et tractare possimus, et cum ipso faciemus et ordinabimus taliter quod jus vestrum et filii vestri, si quod ibi habetis et habere debetis, non minuentur, ymo placebit nobis quod vobis penitus conservetur. Interim autem volumus et mandamus vobis quod supersedeatis super dictis omnibus peticionibus et demandis, et cum dictus Guillemus Poncii vel alius pro vobis ad nos venire debuerit pro predictis significetis hoc dictis hominibus, ut tunc similiter veniant coram nobis: et hoc aliquatenus non mutetis.

Dat. in Perpiniano III.° kls marcii anno dñi M.° CC.° LXX.° tertio.

(Archives départ. *Procuracio real,* reg. XV, f.° 23).

Publicat en Privileges et Titres... de Roussillon et de Cerdagne per. B. Alart. pág. 328.

LV: pág. 349 n.° 452

8 novembre 1275. Bans, ab consell dels prohoms.

735.—Hec sunt translata quarumdam literarum papiriarum, sagillis cereis in dorso sagillatarum, prout inferius continetur.

De banno: quod ponatur de consensu procerum podii cerdani.

Infans Iacobus, illustris regis aragonum filius, et heres Maioricarum, Montispesulani, Rosselionis Ceritanie et

Confluentis, fideli suo Rogerio Petri, baiulo podiicerdani: Salutem et gratiam.

Intelleximus quod uos sine consilio et consensu proborum hominum podiicerdani et uniuersitatis eiusdem uille posuistis bannum V.e solidorum, si aliquis iret de nocte sine lumine. Quare vobis dicimus et mandamus quatenus predictum bannum cum consilio procerum dicte uille ponatis; et, si aliquid ad impositionem dicti banni est adaptandum, adaptetis illum cum consilio procerum predictorum; et, si aliqua banna de cetero sunt imponenda in dicta uilla, ponatis ea cum consilio predictorum procerum, ut actenus est facere consuetum.

Datum apud perpinianum VI idus nouembris anno domini M. CC. LXX. V.

(Queda en blanch el lloch de la firma).

Llibre Vert. fol. 7. V.° (1.ª carta).

LVI: pág. 349 n.° 450

21 mars 1276. Privilegi dels saigs.

736.—De mandato, quod sagiones non credantur simplici uerbo suo.

Iacobus, dei gratia, rex aragonum, maioricarum, ualencie; comes barchinone et vrgelli et dominus montispesulani, fidelibus sui uicario ceritanie et baiulo podiicerdani presentibus et futuris: Salutem et gratiam. Cum intellexerimus nos cum carta nostra mandauisse quod sagiones mei credantur suo simplici uerbo et sine testimonio aliorum, facimus vobis sciri, quod nos non intelligimus nec uolumus quod sagionibus nostris credatur suo simplici uerbo, nisi super citationibus et emperamentis factis et aliis pertinentibus ad eorum officium tantum; sed super aliquibus aliis que contra aliquam personam dicant uel proponant ipsi sagiones, volumus eorum dictis uel uerbis, aliorum hominum fidem aliquam adhiberi.

Quare mandamus uobis quatenus predicta de cetero obseruetis, prout superius continetur, et non contrauenia-

tis, nec aliquem contrauenire permitatis aliqua ratione; non obstante mandato aliquo a nobis in contrarium impetrato.

Hoc aliquatenus non mutetis si de nostri confiditis gratia uel amore.

Datum ualencie XII Kalendis aprilis anno domini M.° CC.° LXX.° V.°.

Llibre vert. fol. 5. V.° (4.° pr.).

LVII: pág. 349 n.° 451

21 mars 1276. Privilegi de no esser capturats.

De confirmatione priuilegii confecti de non capiendis hominibus qui uelint satis dare de parendo iuri.

737.—Iacobus, dei gratia, rex aragonum, maioricarum et ualencie; comes barchinone et vrgelli et dominus montispesulani, fidelibus suis vicario ceritanie et baiulo podiicerdani tam presentibus quam futuris, salutem et gratiam. Noueritis nos confirmasse vniuersitati uille podiicerdani illud priuilegium quod eis olim concessit alfonsus rex aragonum bone memorie auus noster, super non capiendis aliquibus hominibus qui uellent satisdare de parendo iuri prout in ipso priuilegio plenius continetur. Ita videlicet quod aliquis homo podiicerdani non capiatur nec retineatur captus, aliqua ratione uel causa, dummodo possit assecurare et assercuret ydonee, in posse curie nostre podiicerdani, facere suis querelantibus iustitie complementum; nisi fuerit accusatus, denunciatus seu conuentus pro facto criminis pro quo penam mortis uel emutulationis membrorum aut aliam penam sanguinis sustinere deberet.

Quare mandamus uobis firmiter quatenus predictum priuilegium et omnia predicta, prout superius continentur, obseruetis et obseruari faciatis dictis hominibus podiicerdani, et contra predicta eos non capiatis, detineatis uel agrauetis si de nostra confiditis gratia uel amore.

Datum ualencie, XII Kalendis aprilis, anno domini M. CC. LXX. quinto.

Llibre vert. fol. 5. (8.e pr.).

LVIII: pág. 350 n.º 453

1 gener 1277. — Iurament dels oficials. I: Privilegi.

De confirmatione priuilegiorum et de quibusdam gratiis, scilicet: de custodia carceris, et de officialibus quod debent iurare in presentia proborum hominum nille, et de scripturis curie.

738. — Iacobus, dei gratia Rex Maioricarum, comes rossilionis et ceritanie et dominus montispesulani, per nos et nostros laudamus et confirmamus uobis uniuersis hominibus uille podiicerdani presentibus et futuris omnia priuilegia et omnes consuetudines a nobis et a predecessoribus nostris uobis concessa seu concessas, quibus actenus usi fuistis usque nunc.

Preterea modo de gratia speciali concedimus uobis et uestris quod quicumque de cetero capti fuerint uel detinebuntur in curia baiuli podiicerdani, si de iure uel per compositionem non fuerint puniti, non teneantur nec debeant dare uel soluere ratione custodie carceris aliquid baiulo uel sagioni uel illi qui custodit carcerem.

Concedimus etiam uobis et uestris quod officiales nostri qui per tempus fuerint in uilla podiicerdani, quotienscumque mutabuntur per nos et succesores nostros, debeant iurare in presentia proborum hominum dicte uille, quod in officiis sibi commissis debeat se fideliter gerere et habere.

Item concedimus uobis et uestris quod pro transcriptis actorum curie nostre podiicerdani non teneamini dare nec soluere scriptori dicte curie nisi sex denarios pro medio folio papirus scripto ex una parte tantum et pro transcriptis testium predictorum in dicta curia duos denarios et non amplius.

Mandantes baiulo uille podiicerdani et uicario ceritanie et uniuersis aliis officialibus nostris presentibus et futuris qnod predicta omnia et singula firma habeant et obseruent, et non contraueniant nec aliquem contrauenire faciant aliqua ratione.

Datum in perpiniano, Kalendis Ianuarii anno domini M. CC. LXX. sexto.

Sig + num Iacobi dei gratia regis Maioricarum, Comitis rossilionis et Ceritanie et domini montispesulani.

Testes sunt: Iaufridus uicecomes de Rochabertino. Ermengaudus de vrgio. Guillemus de pauo, uicarius rosilionis. Eymericus de pulcro uicino, et Arnaldus de Iupiano.

Sig + num Petri de calidis qui mandato domini regis hec scribi fecit, et clausit loco, die et anno prefixis.

Llibre vert. fol. 18.

Original, entre'ls pergamins del seg. XIII falta'l segell. Trasllat de Llibre vert, fol. 5. V.° doc. 11.

II: Provisió.

Quod uicarius et baiulus debeant iurare in posse consiliariorum et proborum hominum podiiceritani et seruare eis consuetudines.

739.—Iacobus dei gratia rex maioricarum, Comes rossilionis et ceritanie et dominus montispesulani, dilecto suo Raymundo de paillerols, uicario ceritanie et baiulo podiicerdani, salutem et dilectionem. Ad supplicationem consiliariorum et proborum hominum uille podiicerdani uobis mandamus quatenns iuretis in presencia eorum, tenere ius et seruare eisdem consuetudines et libertates eis concessas et approbatas per predecessores nostros, et per nos confirmatas; prout per baiulos podiicerdani et uicarios ceritanie predessores uestros est hactenus fieri consuetum.

Datum perpiniani.

Llibre vert. fol. 21.

III: Forma de Jurament. a) del Llibre vert.

740.—Aquestes coses scrites deuen prometra e jurar los oficials Reyals que entren nouels.

1. Primo que mentenra lo Senyor Rey en son dret.

2. Item que tinra iustitia aixi als stranys com als priuats en tots negocis qui vinran en son poder, no gordada amor, temor ne fauor de algu.

3. Item que lo S. Veguer no procehirá en plets sens conexença del jutge.

4. Item que seruará priuilegis e franquesas donats e atorguats per lo Senyor Rey o sos predecessors, a nobles, cauallers, prelats, religioses, ciutadans e homes de vila.

5. Item que seruará priuilegis, vses, costums e franquesas de la vila de puigcerdá.

6. Item que seruará los stils de la cort.

A aquestes promeses s'hi han anyadit per temps les seguents:

7. E en special que a la fi de son ofici pagará tots deutes que dege e totes altres obligacions en que sia tengut a les personas de la dita vila, sots pena de C. lliur. segons la forma del priuilegi a la dita vila atorgat.

8. (Item que seruará) els capitols fets en las corts de monço: tractants de salaris e altres coses.

9. Item que a la fi del trienni stará per cinquanta dies personalment en la vila de puigcerdá per tenir taula e dins aquels cinquanta dies, de la dita vila o sos termes no exirá sens licencia de les fermanços, la qual hage hauer ab carta publica.—Es lo dit priuilegi a XXIIII cartas del libre maior dels priuilegis—.

10.—Item que a la fi de son offici pagará e contentará a totes persones a qui sia tengut per prestecs, ho comanda e en altre manera; e els ministres de la sua cort lurs salaris, dins XV dies passat lo offici (1).

E per aco tenir y seruar oyrá sentencia de excomunicació la qual lo Mossen Marcel official in hiis scriptis promissit et promulgauit.

Llibre vert. fol. 23.

Posteriorment els articles 4 y 5 son redactats en esta forma y afegida altra:

4. Item que seruará priuilegis, senyaladament aquel del gouernador, que no pugui conexer dels habitans de la vila e franquesas, donats e atorgats per lo senyor Rey y

(1) Privilegi de 24 abril 1318.

reys antepassats predecessors seus a nobles, cauallers, prelats, religiosos, ciutadans e homens de vila e pagesos.

5. Item que seruará priuilegis usos costums e franquesas de la vila de puigcerdá, e en special a la fi de son offici pagará tots deutes que dege e totas altres obligacions en que sia tengut a las personas de la dita vila, sots pena de C. liuras; per las quals deutes y penes serán obligadas las fermansas que dit official donará com per las altras culpas serán obligadas y se obligarán.

11. Item que tindrá la constitució de «llittibus abreuandis».

Llibre vert. fol. 25.

Posteriorment disposada la forma del jurament per ser usada dels tres oficials indistintament Veguer, Jutge y Sotsbatlle, l'article 4 se redactá aixis: Item que seruarán priuilegis e franquesas donats e atorgats per los reys de immortal memoria a nobles, cauallers, prelats, religiosos, ciutadans, homens de vila e pagesos, hassenyaladament lo priuilegi quel gouernador de Perpinyá no pugue conexer dels habitans de la present vila de pugcerdá; y lo priuilegi concedit per sa magestad que, absentantse, dexará la vara en ma del consol en cap de la present vila.

Al article 9 s'hi afegi: E que lo S. Jutge fará personal residencia en la present vila de Puigcerdá, per tots los dits tres anys, sino per dos mesos quiscun any, y que lo lochtinent dexará, sia doctor graduat en uniuersitat approuada y haja de tenir dos anys de práctica conforme se conté en lo priuilegi atorgat per lo Rey Felip tercer en las corts de 1599.

Altres articles afegits: Item que no pendrá salaris de sentencies de homens de la present vila de Puigcerdá ni avaries, ni etiam ab pretextu de instruccio de preces ny tersas del scolari ny qualseuol altre pretextu.

Item que lo Sr. Jutge no fará procés de causes menors, conforma a la constitució, ans aquelles sumariament declarar.

Item lo dit S. Veguer, sempre se absentará de la vegueria y, ara per lashores, fa y ferma lloctinentia al S. consol en cap, dexantli la matexa potestat, segons esta contengut en lo priuilegi sobre aco per la vila obtengut.

Llibre vert. fol. 29.

Posteriorment se afegi per jurarlo el Jutge aquest article: E axi matex jurará y prometrá dit S. Jutge que, com ab diuersos priuilegis, sentencias reals y cridas sia statuit, concedida y stablida la scriuania de puigcerdá y cerdanya als magnifichs consols de puigcerdá, axi y en tal manera que pugan y hagen crear notaris, los quals reban y testifiquen totas las scripturas se farán en tota cerdanya y nengu altri qui no tinga autoritat y creació dels dits magnifics consols no puga rebrar ni testificar actes alguns, que no acceptará en son judici ni en processos alguns, actes rebuts en tota cerdanya que no sian presos y autenticats per los notaris qui tenen la sobredita auctoritat dels magnifics consols de Puigcerdá.

Item jura lo dit Sr. Veguer, attés hi ha causa introduhida en el Real Consell, que no asistirá a les executions dels talls que faran los Sindichs de Cerdanya en contra les persones de la vila de Puigcerdá que tenen heretats y terres fora la present vila ni de sos arrendadors.

Nota, que lo matex ha de jurar lo Sotsbatle.

Item jurarán dits Srs. Veguer y Sr. Jutge de obseruar los priuilegis de les Confrarias.

Item jurará dit Sr. Jutge que no fermará cartell algu de emparas se fessen als homens y habitants naturals de la present vila ni fará ningun decret contra los homens de la present vila.

Llibre vert. foi. 30.

Item que no fará proces de causes menors de cent sous, ans aquelles declararà sumariament.

Item que no pendrá de decrets sino tant com les constitucions de Cathalunya disponen.

Item qne no pendrá salaris de sentencias de homens de la present vila de Puigcerdá ni auaries.

Item que seruará lo priuilegi del gouernador.

Item que no pendran emparies de homens de la vila de puigcerdá.

Ibid. fol. 25. V.°.

IV: Forma de jurament. b) Trasllat del Llibre vert.

741.—Aquestes coses scrites deuen prometra e jurar los officials Reyals quen entren en los officis:

Primerament que mantendran e deffendràn lo senyor Rey en son dret.

It. que tindrán e farán iusticia aixi als stranys com als priuats en tots feyts e negocis qui vindrán en lur poder e aixi a l. com a altre no gardada *(sic)* amor, fauor, temor ne desgrat de alguna persona.

It. quel veguer no jutjará ne procehirá en pleyt o en pleyts sens conexemen del jutge.

It. que no trencará costums ni franquesas a nobles, ne a religioses, ne a ciotadans, ne homens de vila, ne a altres persones de qualque condició sien, atorgades per lo senyor Rey o sos predecessors.

It. seruará los stils de la cort.

It. que a la fi de lurs officis del trienni personalment starà per L. dies en la vila de puigcerdá per tenir taula, e dins aquells L., de la dita vila o ses termes no exirán sens licencia de les fermançes, la qual haya ab carta pública; e daço fará homenatge e sagrament.

It. tendrá e seruará los priuilegis, franquesas e bons uses a la vila de puigcerdá e als lochs de la vegueria e de la batlia e persones d'aquelles atorgats per lo dit senyor Rey e sos predecessors; e assenyaladament lo priuilegi a dita vila atorgat sobre la exempcio de conexensa de mossen el gouernador; e en special a la fi de son offici cascun official fermará e donará bones fermances de pagar dins XV. dies tots deutes que deya e totes altres obligacions, en que sia tengut a les persones de la dita vila sots pena de C. liures, segons la forma del priuilegi dessus ensertat; he paguará y contentará totas personas a qui sia tengut per presta o comanda, he paguerá als ministres de la sua cort los salaris dins XV. dies apres finit son offici.

It. tindrá taula segons constitucions generals de Cathalunya a la fi de lur offici.

E aço iuren e prometen sot obligació de lurs bens e mes donen bones fermançes qui a seruar e fer seruar aquestes, sien obligades. Es lo dit priuilegi a XXIIII cartes del libre maior dels priuilegis.

Item iurarán gordar les immunitats e priuilegis de les iglesies e monestirs, e per aço oyrán çentençia de excomunicacio *in huis scriptis* promulgada per mossen e bisbe e per son lochtinent

Trasllat del Llibre vert. fol. XXIIII.

Seguidament el mateix *Trasllat del llibre vert* comensa a registrá els qui prestaren el susdit derrer jurament i oiren del oficial eclesiastic o son loctinent la sentencia d'excomunió *in huis scriptis;* qual registre continua en fulls de papé comú afegits al Llibre vert: reduits a llista son els seguents:

Febre 1466, Matheu Ferrerii, Jutge de Cerdanya.
28 setembre 1467, Bernat Vliuis, Veguer de Cerdanya y Batlle de Puigcerdá.
11 gene 1509, Pere Ortodó, Jutge de Cerdanya.
1 agost 1510, Antoni Bertrán, Scriba de Cerdanya.
20 juny 1511?, Joan Salmurri, Jutge de Cerdanya.
4 maig 1512, Joan Alenya, Veguer, etc.
13 mars 1515, Guillem Riera, Jutge.
» » » Pere Bonet, Sotsbatlle.
3 maig 1521, Jaume Salmurri, Jutge.
7 octubre 152., Petrus... Veguer.
21 febre 1539, Cristofol Trias, I. D., Jutge de Cerdanya y Assessor del Veguer.
27 octubre 1539, Bernat Spluga, Donçell, Vegué, Cerd. y Batlle, Puigcerdá.
27 mars 1542, Nadal Siurana, I. D., Jutge, etc.
27 mars 1542, Jaume Alamany, Donçell, Veguer.
10 juny 1542, Francisco Sobiros, Jutge.
31 juliol 1543, Joan Busquets, Lloctinent de Sotsbatlle.
4 mars 1545, Francisco Claris, Jutge.
18 febre 1548, Antoni Steua, I. D., Jutge.
18 febre 1551, Honorat Fiualer, I. D., Jutge.
19 » » Honofrius de Vega, Caballé, de Perpinyá, Veguer. Miquel Cadell de Scallar, Lloct.
6 novembre 1554, Miquel Galcerán Dereguarda, Sotsbatlle.
8 novembre 1554, Geraldus Gigrina, Caballer, Veguer.
5 gene 1555, Sebastiá Moles de Oliana, I. D., Jutge.
27 abril 1557, Joan de Codols, I. D., Veguer.
5 febre 1558, Jaume Alamany, Doncell, Lloctinent de Vegué de Cerdanya, Baridá, Urgell, Baronia de

Horcau y Batlle de Puigcerdá per Mg., Sr. Joan de Scallar, Veguer.
9 juny 1559, Antoni Andreu Blanch, Donçell, Veguer.
19 juny 1560, Vegas, I. D., Jutge.
13 abril 1561, Joan Blanch, Donçell, de Perpinyá, Veguer.
11 mars 1562, Rafel Honofre del Graner, Donçell, de Berga, Veguer.
5 desembre 1563, Franciscus de Castellarnau, Donçell in castro de Enueitg domiciliatus, Vegué.
5 desembre 1563, Pere Argellic, de Seret, Jutge.
» » » Alex Montans, de Puigcerdá, Sotsbatlle.
4 setembre 1565, Franciscus de Banyuls, Donçell in castro de Anyer, del Conflent, domiciliatus; Veguer.
4 setembre 1567, Joan Arcis, I. D., Jutge.
14 juliol 1567, Pere Llaguna Fullo, de Ripoll, Sotsbatlle.
30 setembre 1567, Joan de Moliner, Donçell, de Tortosa, Veguer.
15 juliol 1568, Joan de Altarriba, Donçell, Veguer.
20 maig 1570, Anton Montagut, I. D., Jutge.
8 juliol 1572, Nuritius Iohannes de Sorribes, Donçell, Veguer.
17 agost 1572, Antoni Oliba, I. D., Jutge y Assessor.
28 abril 1574, Alex Montans, Sotsbatlle.
15 maig 1574, Alfonsius de Oliua, de Cervera, Donçell, Veguer.
14 agost 1575, Antoni Bollet, Sotsbatlle.
25 agost 1575, Lluis Mas, I. D., Jutge y Assessor.
4 desembre 1576, Honorable Bertrandus Steue, I. D., Sotsbatlle.
3 setembre 1575, Miquel Desllor, de Cervera, Donçell, Veguer.
18 gene 1579, Antoni Montagut, I. D., Jutge y Assessor.
18 maig 1579. Simeón Bargas, Sotsbatlle.
28 juliol 1579, Miquel de Tort, Donçell, de Berga, Veguer.
24 juliol 1581, Jaume Casaçus, Sotsbatlle.
2 gene 1582, Onofrius de Ager, Donçell, de Talarn, Veguer.
13 mars 1582, Miquel de Ripis, I. D., Donçell, Jutge y Assessor.
21 abril 1584, Pere Narberes, I. C. B., Jutge.

4 maig 1584, Bernat Joan de Tort, Donçell, de Ripoll, Veguer, presents per testimonis Pere de Codols, Procuradó del Iltre. Pere de Pinós y de Fonollet, Vezcomte de Euol, Maurici Joan de Sorribes, Pere de Scallar, Procuradó de Joan de Cadell Senyo de Arseguel, y altres.
1 juny 1584, Bernat Joan Capdevila, Sotsveguer y Sotsbatlle.
11 mars 1585, Pere de Scallar, Donçell, Veguer.
20 juny 1587 Joan Pere Elias, Sotsveguer.
13 juny 1587, Pere Pasqual, I. D., Jutge y Assessor.
31 agost 1587, Geraldus de Ripis, Donçell, Veguer.
4 setembre 1588, Pere Puigvert de Graualosa, Donçell, Veguer.
9 agost 15[illegible]1. Noble Sr. Cristoforus Costa, de Tortosa, Veguer.
9 agost 1591, Pere Narberes, I. D., Jutge y Assessor.
22 gener 1592, Honorable Bertrandus Steue, Sotsbatlle.
18 novembre? 1594, Rafel Besçeda, Sotsbatlle.
11 mars 1595, Iltre. Sr. Jeroni de Siurana, Veguer.
11 abril 1595, Iltre. Sr. Joan Cristofol de Salmurri, Jutge.
21 abril 1595, Jeroni Coll, I. D., Jutge.
23 maig 1597, Noble Sr. Francisco de Merles y de Malla, Veguer.
23 maig 1597, Joan Maranges, I. D., Jutge y Assessor.
28 maig 1597, Honorable Antoni Buscall, Sotsbatlle.
15 febre 1600, Pere Pasqual, I. D., Jutge y Assessor.
24 mars 1600, Jaume Vinyola, Consul en primé grau, Veguer.
29 mars 1600, Honorable Arsisius Colomer, Sotsbatlle.
3 juny 1600, Franciscus de Marimon, I. B., Donçell Batlle.
13 mars 1603, Iltre. Noble Sr. Honofrius de Cruilles y de Urrea, Donçell, Batlle.
13 mars 1603, Joan de Ger, (a) Bertranet, Sotsbatlle.
21 mars 1603, Rafel Morer, I. D., Jutge y Assessor.
1 abril 1603, Joan Maranges, U. I. D., Assessor.
13 febre 1604, Guillem Steue, Consul en primé grau, Veguer.
12 desembre 1604, Joan Morer, Consul en prime grau, Veguer.
24 maig 1606, Noble D. Pere de Terreros, de Codolet Veguer.

11 juliol 1606, Joan Cuarrasa, Sastre, Sotsveguer.
8 agost 1606, Noble D. Jeroni Coli, I. V. D., oriundo de Ripoll, Jutge.
14 setembre 1606, Miquel Capdevila, oriundo de Ribas, Sotsbatlle.
17 octubre 1607, Joan Morer, Burgés de Puigcerdá, Lloctinent de Veguer.
19 mars 1609. Pere Montellá Consul en cap, Veguer (en ausencia).
7 abril 1609, Pere Puig, Sotsveguer y Sotsbatlle.
1 abril 1609, Iltre. Sr. Pere Ciurana, Donçell, de Bagá, Veguer.
30 abril 1609, Rafel Moros, I. V. D., Jutge.
22 agost 1611, Iltre. Sr. Dalmaci de Scallar, Donçell, y Alcayt del Castell real de Puigvalador, al Capcir Veguer.
6 mars 1612, Egregius vir Sr. Jaume Roger. V. I. D., Jutge.
19 agost 1612, Guillem Steue, Parayre de llana, Sotsveguer.
26 mars 1613, Pere Roger, Consul en Cap., Veguer (per absentia).
17 juliol 1613, Iltre. Sr. Miquel Joan Monrodó, Donçell, Veguer.
27 mars 1614, Joan Morer, Consul en Cap., Veguer.
11 abril 1615, Francisco Moradell, Veguer.
» » » Egregius vir Sr. Francisco Martí, V. I. D., Jutge.
31 octubre 1615, Thomas Olles, Sotsbatlle y Sotsveguer.
8 agost 1616, Domingo Montaner, Consul en Cap., Veguer.
14 octubre 1616, Iltre. Sr. Jeroni de Tort, Donçell, Veguer.
22 desembre 1616, Miguel Degollada, Sastre, Sotsveguer.
16 mars 1617?, Iltre. Juan de Ribes, Donçell, de S. Juan de las Abadesas, Veguer de Cerdanya, Batlle de Puigcerdá, Urgell, Urgellet y Conca de Orcau.
5 juny 1617, Joan de Ortodó, Burgés, Consul en Cap., Veguer, per ausencia de Juan de Ribes.
18 desembre 1617 id. id.

LIX: pág. 356 n.º 468

9 agost 1277. Bellver: castro.

742.—Carta presentada per Arnal Pellicer de Puigcerdá a Pere Iover, batlle de Bellver: Licet hic apponatur V° idus augusti M. CC. LXXVII.

Ia, dei gracia Rex maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie et dnus. montispesulani fideli suo P. iouerii baiulo Castri de belueer salutem et graciam. Intelleximus quod pretextu cuiusdam litere nostre in qua uobis mandabatur quod de redditibus dicti Castri redderetis la catelli nomine heredum bern. catelli recipistis uos et recipi fecistis. V. modios frumenti quos R. uitale in villario de beders in termino dicti Castri recipere consueuerat ex concessione sibi facta a Gaucerando de pinos de blado predicto. Unde cum fuerit nostre intencionis quod de alio blado dicto Ia. catelli redderetur et non de illo quod Gauceran-danus de pinos consueuerat recipere et habere. Mandamus uobis firmiter et discrete quatenus dictos. V. modios frumenti restituatis et restitui faciatis. R. uitale predicti et si dictum bladum Gaucerandano de pinos uel alteri tradidistis uel tradi fecistis illud de bonis eorumdem dicto. R. reddatis et reddi omnino faciatis. Mandantes uobis quod de cetero procuretis dictum. R. recipere dictum bladum prout recipere consueuit non obstante litera antedicta dum scilicet dictus Gaucerandanus tenebat a nobis redditus supradictos (1).

A. N. Lib. Firmit. d. s. fol. 15.

---

(1) Les rendes reials de Bellver en temps del rei de Mallorca es troban vengudes a Arnall Embercad i a Bernad de Lora: en 8 juny 1292 Fr. Jaume de Olers O. M. T. procurador de dit rei firma apoca a P. Llobet, tutor del pupil Arnal, per la part corresponent al seu pare (Lib. Firm. martis IIII° idus iunii, fol. 57).

Habenthi questió desde molt temps entre'ls homes de Caborriu i els de Bellver sobre l'aigua del riu de Caborriu, que uns i altres pretenien tenirla el dimecres, acudiren abdos a C. Sardina, jutge ordinari de Cerdanya qui sentenciá que'ls de Caborriu en lloc del dimecres la tinguessen el diumenge; més els de Caborriu, ço és. P. cza Sala i P. Saragocza en nom dels demés, vegent dita pronunciació iniqua e injusta, la protestaren, demanant fos reduhida a arbitri d'un viró i apelaren al veguer de Cerdanya; pero els de Bellver pretengueren la penyora posada. (Lib. Firmit. 1298, IIII° idus iulii, fol. 8).

LX: pág. 358 n.º 472

4 setembre 127[illegible]. Enveig: castro.

743.—Cartes presentades per Jaume de Riu, procurador de Ramón de Guillem, senyor d'Enveig a Pere Albert, batlle de Puigcerdá, lloctinent de Ramón de Vilallonga, veguer de Cerdanya.

Ia. dei gratia rex maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani Dilecto suo, R. de uilalonga vicario Ceritanie salutem et dilectionem. Per Iacobum de riuo procuratorem R.i guilelmi de inuidio militis nouerimus quod quoddam malum fuit factum in parochia castri de inuidio per homines certos dicti castri et quod dictus R. g.i habet iuridiccionem plenariam percipiendi et recipiendi omnes iustitias criminales que pecuniariter possent puniri que in terminis seu parochia dicti castri fiunt et committuntur per homines uel feminas dicti castri quas iusticias uos sibi ut ipse asserit perturbatis de dicto milite questiam faciendo. Vnde mandamus uobis quatenus si dictus Ia. de riuo uobis poterit hostendere digna et legitima racione quod dictus R. g.i esset uel fuerit alongatus tempore citra in possessione recipiendi et percipiendi iusticias criminales pecuniariter puniendas ut ipse asserit, ipsis dicto R. g.i uel suo procuratori recipiendis et percipiendis non perturbetis imo ipsum et procuratorem suum permitatis ipsas percipere et recipere prout hactenus dicit et asserit se esse consuetum. Datum apud vincianum IIII° nonis septembris anno domini M.° CC.° LXX. VII.°.

Venerabili et dilecto R. de uilalonga vicario Ceritanie pro illustri domino Rege maioricarum uel locum eius tenenti. P. rubei iudex eiusdem domini Regis salutem et dileccionem, de... quatenus mandatum dicti domini Regis uobis factum super facto R. g.i de inuidio curauistis minime effectum... nolebatis procedere in inquisicione per uos facta ad sentenciam ferendam eousque cognouissetis de iure dicti R. g.i vnde ex parte dicti domini Regis uobis dicimus et mandamus quatenus in predicto negocio procedatis iuxta formam mandati dicti domini Regis uobis missi unquam ad sentenciam in dicta inquisicione ferendam procedatis. nisi forte pro certo inueneritis curiam domini Regis esse in possessione predictorum instrumentorum in

honore dicti R. g.i de inuidio quod si hoc uobis constiterit procedere faciatis in dicta inquisicione per la. catelli iudicem ceritanie. Et nihilominus dictum R. g.i uel locum eius tenentem super iure dictorum instrumentorum congruente audiatis iuxta formam mandati uobis facti per dictum dominum Regem. in hiis si placet taliter faciatis ne dictus. R. g.i uel locum eius tenens de uobis habeant materiam querelandi. Datum perpiniani. II. idus septembris anno domini M.° CC.° LXX. septimo.

Ff.r P. dei gracia abbas sti. P. de bisulduno iudex unicus a summo pontifice delegatus dilecto suo P. (albert) de podiocerdano salutem in domino ihu xpo. in causa que uertitur inter nobilem. R. guilelmi de inuidio agentem ex una parte et (baiuliam vestram) ex altera deffendentem ad instantiam la. de riuo procuratoris dicti R.i guilelmi de inuidio assignamus diem uobis uel uestro procuratori uidelicet diem ueneris nunc festum sti. luche.

A. N. Lib. Firmitatis 1277, II° nonis septembris, XV Kls. octobris.

LXI: pág. 362 n.° 481

15 novembre 1277. Fenéz, Argolell: venda de terra.

744.—Notum sit omnibus quod ego Ermessendis de feners uxor condam Raimundi babot de feners non ui coacta nec dolo aliquo circumuenta. sed gratis et spontanea uoluntate per me et omnes meos natos et nascituros. vendo et in presenti cum hoc publico instrumento perhenniter ualituro trado tibi Arnaldo babot Dordinau et tuis et cui uolueris in perpetuum. II. terras meas quas habeo in terminis et apendicione sancta Eugenie de Argolell. Quarum vna est apud boxader et affrontat in terra. G. girberga et in terra. G. Marti et in Rupe. Alia terra est apud Campum eneui et affrontat in terra. G. girberga et in terra Arnaldi de sancto michaeli et in Comela. Supradictas igitur terras hiis affrontationibus inclusas faciemus ego et mei tibi et tuis et quibus uolueris tenere et habere et pacifice posidere iure venditionis prefate. libere et quiete de omni

persona cum ingresibus et egressibus. fractibus. melicramentis. pertinentiis. ac iuribus suis ad omnes tuas et tuorum uoluntates inde semper faciendas. sicut melius et utilius dici potest uel intelligi ad tuum comodum et tuorum. quare in predictis terris nullum ius mi uel meis deinceps retineo aut reseruo aliquo modo set te et tuos inde inuestio et me et meos penitus denudo. inducendo inde te in plenam et corporalem possessionem iuris et facti. Et euictionem et legalem guarentiam inde tibi et tuis faciemus ego et mei contra omnes personas. Pro qua tibi et tuis obligo omnes res meas habitas et habendas ubique. Profiteor etiam me inde pretium a te recepisse et habuisse incontinenti. CC. sol. melg. bar. de quibus sum bene tui paccata. Et si plus predicto pretio ualerent uel de cetero ualebunt hec que tibi uendo. quidquid est. illud uel illam magisualentiam dono tibi donatione inter uiuos ad omnes tuas uoluntates faciendas. Et tactis mea propria manu sanctis. IIII. dei euangeliis sponte iuro et tibi predicto emptori et tuis iureiurando promito quod ratione dotis mee uel sponsalitii mei seu qualibet alia ratione numquam contra predicta ueniam uel uenire faciam. Renuntians iurata illi iuri quo deceptis ultra dimidium iusti pretii subuenitur. et exceptioni pecunie non numerate. et beneficio velleriani. et iuri dotis mee et sponsalicii. et omni alii iuri quo mulieres adiuuantur. Actum est hoc. XVII. Kalendas decembris. Anno. X.ti M. CC. LXX. Septimo. Sig + num Ermessendis de feners iurate predicte. Que hanc cartam firmo et firmari rogo.

Sig + num. P. capellani de monteferrario. et. P. de sancto Andrea presbiteri et. G. viues de Arcegal testium.

Petrus de bello podio notarius publicus ville Sedis scripsit hec + die et anno prefixis. (1)

Perg. original de cal Clará de Lles.

---

(1) En 2 maig 1272 es trova en el convent de Predicadors de Seu d'Urgell, Fr. Berengari de Argolell rebent am Fr. t. de *luicza*, prior, 20 s. melg. de R. Vidal i de Ar. de Pere marmesors de Roger de Pere, legats per aquest en son testamen als religiosos de dit convent: altres tants al de Puigcerdá son rebuts per Fr. Bernat Guillem, prió, el matex dia. (Lib. Firm. fol. 46).

LXII: pág. 365 n.º 487

25 setembre 1280. Bolquera, Maranges, S. Martí: castells.

745.—Ia. dei gracia Rex maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie dominus montispesulani. Fideli suo R. taltendre tenenti locum nostrum in castris et honoribus quos obligatos tenemus a Nobili Comite fuxi. Salutem et graciam. Noueritis quod nos mandamus per nostras litteras militibus baiulis et vniuersis aliis hominibus predictorum honorum et castrorum ut faciant homagium et sacramentum fidelitatis nobili Guilelmo vicecomiti castri noui procuratori illustris Regis aragonum in manibus suis iuxta formam donacionis facte a nobili Comite fuxii, domine Constancie filie sue et infanti Iacobo filio dicti illustris Regis aragonum. Hoc saluo et retento quod propter predictum homagium et iuramentum, predicti tam milites quam alii non sint obligati quominus saluent custodiant et defendant obligationem per quam dicti homines et castra sunt nobis obligata a dicto Comite fuxii. et donent nobis pro predictis honoribus et castris que tamen sunt de feudo nostro, sic nobis faciant homagium a dicto infante Iacobo carissimo nepote nostro uel a quocumque alio qui dictos honores et castra habitabit, secundum quod dictus Comes et antecessores sui nobis et antecessoribus nostris facere consueuerunt. Unde mandamus uobis quatenus predicta fieri et compleri ab omnibus militibus et aliis hominibus antedictis faciatis secundum formam super scriptam. de qua forma homagii et sacramenti predicti ut super scriptum est cum quoque consilio bernardi squillati vicarii et Iohannis cras iudicis Ceritanie faciatis fieri publicum instrumentum. Datum apud Elnam. VII. Kal. octobris anno domini M.º CC.º LXXX.

Eadem die et anno in dicto loco (Podiicerdani) nos Ermengaldus de alb miles baiulus de vrgio et de baridano uel err et de bolchera, et huguetus de luerteriis domicellus baiulus vallis de maranges, et. G. cza ila domicellus et de sto martino. P. isern. bern. de riu. bern. tort. Ar. decz coll. P. de riu. G. decz capela. et nos de scas. bern. decz pi. P. isern et geral Iohan. P. celera. G. czenglada P. czenglada G. decz clot. bern. aired. P. ual Iohan et de munteylla. G. teradeles. Et nos de maranges et de ierul. P. maranges. Ar. daniula. G. canall. Iacme ça font. Iohan

czabater. G. saig. P. rocha. G. poncz. P. maestre Ar. bertran. G. berenguer. Ar. de sala. P. andreu. P. sendreu. G. sagrista. P. ricolf. G. andreu. G. caluet. G. ripol. Iohan noger. bern. de riu. Iacme sug. R. de riu. P. decz coll. G. de Capdeuila. bereng. de ig. P. Iohan. bern. sindreu. G. duran. G. canall. G. fferrer. Er. de eler. P. iordana. R. peirona. Ff. mulner. Er. de taltendre. bertolomeus tela. Vitalis romana. P. cza font. P. ricolf. Et in eadem die in domo G.i P. pelicer coram t. suprascriptis et Rogerio P.i et Ar. de prato presbitero. P. de marcza et G. P. pelicer. Ar. cza. riba et pauchi de bel castel milites G. P. de vr. nos de berguya. Ar. den fferrer. Cerda de berguya. Iohan de berguya. Ermengou de berguya. P. uilana. Er. de bolchera. P. foguet. P. maura. Ff. alegre. Ar. baro. Ar. czanczor. Ar. blanchet. G. sifre. bern. plaencza. Iohan czenczor. Iohan sifre. P. Er. de err. bern. fort. Ar. saura. michel lobet. P. angles. Iohan ollomar. bern. cebola. Ar. ollomar. G. ollomar. Iohan den ollomar. P. den marti.

Et nos de alb. b. batle. Ff. baraylla. Er. de ualle de alb. P. decz camp. Michel decz quer. P. carbonell. P. de paylerolls. Ff. torrent. Er. de vrgio et de villario et de chexans. R. olmer. P. de seirra. G. Ar. R. duran. bern. mor. R. decz morer. siqui de campmaior. Vidal de capdeuila. nos omnes facta nobis plena fide per quasdam literas illustris Regis maioricarum et eius sigillo sigillatas ipsisque oculari fide hostensis in quibus inter cetera continetur quod nos faciamus homagium et sacramentum fidelitatis. ipsis visis nobili G. uicecomite castrinoui procuratori illustris regis aragonum et incliti Iacobi filli eius et Constancie filie nobilis Comitis fuxi secundum formam donacionis facte a nobili Comite fugi uicecomitatui castri noui et castrorum et iurium ad eum expectancium quod dictus nobilis Comes habet in terra Ceritanie et baridani Inclito infanti Iacobo predicto filio dicti illustris Regis aragonum et domine Constancie filie nobilis comitis fuxi. demonstrataque nobis quadam cedula papirei quam dictus nobilis, G. uice comitatui donationis notulam esse asserebat et donationem predictam continere et formam publicam. cuius series eiusdem litere sic se habet.

Ia. dei gratia Rex maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani. dilectis et fidelibus suis militibus baiulis Castellanis officialibus et vniuersis aliis hominibus Castrorum de sto. martino de maranges

et de bolchera et aliorum locorum terre Ceritanie et baridani que nos obligata tenemus a nobili Comite fuxensi salutem et gratiam. Ad instanciam illustris regis aragonum Karissimi fratris nostri et nobilis Comitis fuxensis uobis mandamus quatenus uisis presentibus faciatis homagium et sacramentum fidelitatis nobili G.° vicecomiti castri noui procuratori a domino illustri Rege aragonum constituto. secundum formam instrumenti donacionis facte a dicto Comite fuxensi domine Constancie filie sue et inclito Infanti Iacobo filio dicti illustris Regis aragonum Karissimo nepoti nostro prout in instrumento dicte donationis uidebitis contineri. Ita tamen et sub hac forma quod ratione predicti homagii seu sacramenti non teneamini nec sitis obligati quominus saluetis custodiatis et deffendatis nobis obligationem quam habemus in dictis Castris et honoribus ac locis que a dicto Comite fuxensi tenemus obligata ratione debiti pro quo dictus Comes fuxensis omnia predicta castra et loca nobis obligauit prout in instrumento inde confecto plenius continetur et donent pro predictis honoribus et castris que tamen sunt de feudo nostro sic nobis faciant homagium a dicto Infante Iacobo uel a quocumque alio qui dictos honores et castra habebit. secundum quod dictus Comes et antecessores sui nobis et antecessoribus nostris facere consueuerunt. Mandantes eciam uobis ut de dicta forma homagii et sacramenti de consilio fidelium nostrorum. b. squillati vicarii nostri et Iohannis grass iudicis Ceritanie et. R. de taltendre tenentis locum nostrum in dictis Castris et locis et faciatis fieri publicum instrumentum. Datum apud Elnam. VII Kal. octobris anno domini M.° CC.° LXXX.° (1).

A. N. Lib. Panneriorum, fol. 9.

---

(1) Jaume Cadell, jutge pel rei de Mallorca, en lo del comte de Foix, en 8 abril 1292, nomena substitut:

Ia. catelli judex constitutus ab illustrissimo domino Rege maioricarum in honore quem dictus dominus Rex tenet a nobili Comite fuxi in ceritania, pono et constituo et substituo loco mei te Ar. de bono anno de podiocerdano in dicta iudicatura, ita quod audias et determines loco mei in predicto honore omnes causas et alia que necessaria fuerint nam super predictis te comito vices meas donec alia duxero reuocanda. IIII idus aprilis licet hic aponatur. t. P. iouer. G. traylla. b. catelli. (Lib. Firmit. Veneris VII idus madii, 1292).

En 27 maig 1266 el comte de Foix, Roger Bernat consigna a sa mare, Brumissenda de Cardona tots els revinguts del castell i batllia

LXIII: pág. 368 n.° 493

30 novembre 1280. Taules reials al encant.

746.—Quod tabule sutorie, et mercerie, et carnificum uendantur ad enquantum.

Iacobus, dei gratia, rex maioricarum, comes rossilionis et ceritanie et dominus montispesulani. fideli suo bernardo esquillati, baiulo uille podiicerdani et uicario ceritanie: Salutem et gratiam.

Intelleximus quod tabule nostre, mercerie et sutorie ac carnificum, platee uille podiicerdani consueuerunt semper quolibet anno, conduci ad encantum publice; et uos, modo homines dictorum officiorum compelletis ad dandum certum logerium, quantum et quale uultis apponere tabulis supradictis. Unde mandamus nobis quatenus deinde, uisis presentibus, dictas tabulas ad encantum publice, ut consuetum fuerat, conducatis quolibet anno; et non compellatis homines dictorum officiorum ad dandum in eisdem certum pretium pro logerio; nisi prout illud inde ad encantum maius et melius poteritis inuenire.

Datum in perpeniano pridie Kalendis decembris. anno domini M. CC. LXXX.

Llibr. Vert. fol. 8. (4.ª carta.)

---

de S. Martí dels Castells, de la vall de Maranges, d'Urtg, d'Err, del castell i lloc de Bolquera; dels drets de justicia que compartia ab éll el rei d'Aragó i del dret de peatge de Puigcerdà (Baud. de Mony. Comtes de Foix, I, p. 205, tret de Bibl. nat. Doat, vol. 171 f.° 261).

En maig de 1396 fou desposeit en guerra el comte de Foix dels castells de Bar i Bolquera.

LXIV: pág. 368 n.º 494

30 novembre 1280. No emperá per deute de feus.

Quod possessiones non emperentur ratione feudorum, donec cognitum fuerit esse de feudo. (1)

747.—Iacobus, dei gratia, rex Maioricarum, Comes, rossilionis et Ceritanie et Dominus montispesulani, fidelibus suis Bernardo squillati, baiulo podiicerdani et uicario ceritanie et Iohanni gras, Iudici ceritanie et confluentis. Salutem et gratiam.

Mandamus uobis quatenus pro aliqua questione seu petitione feudi que contra homines uille podiicerdani uel aliquem ipsorum moueatur, seu uos mouere contigerit de honoribus et possesionibus quos et quas tenent et habent et deinde habuerint et tenuerint, non emperetis nec capiatis illas eis, donec cognitum fuerit, quod sint feudum nostrum aut de feudo nostro; nisi esset manifestum et notorium, dictos honores et possesiones fore feudum nostrum seu de feudo nostro.

Datum in perpeniano pridie Kalendis decembris, anno domini M. CC. LXXX.

Llibre vert. fol. 7. V.º (3.ª carta.)

LXV: pág. 368 n.º 495

30 novembre 1280. No imposá pena per deutes.

Quod pena non imponatur hominibus podiicerdani, super soluendis debitis.

748.—Iacobus, dei gratia, rex Maioricarum, Comes Rosilionis et Ceritanie et Dominus Montispesulani, fidelibus suis baiulo et iudici podiicerdani presentibus et futuris. Salutem et gratiam:

(1) Que per causa de feu no puguen esser posades empares en las possessions de homens de puigcerda, fins que sia be conegut tenirse en feu per lo rey.

Mandamus uobis quatenus pro soluendis debitis que homines uille podiicerdani et baiulie eiusdem debeant et que soluere teneantur, non imponatis eis uel alicui ipsorum penam aliquam ad soluendum ipsa debita infra certam diem uel. I. certum tempus; quum nolumus quod predicta ratione eis penam aliquam imponatis; sed dicta debita soiui compellatis et distringatis, habendo iustitiam nostre curie pertinentem. In hec tamen non intelleximus eciam debita que de nostris redditibus aut illorum pretio debentur.

Datum perpeniani, pridie Kalendas decembris, anno domini M. CC. LXXX.

(Queda en blanc el lloch de la firma).

Llibre Vert. fol. 7. V.° (2.ª carta)

LXVI: pág. 369 n.° 496

30 novembre 1280. Incendi: concessions.

Ista est littera que continet gratias factas per dominum iacobum regem maioricarum uille podiicerdani ratione incendii. Prima est que facit homines dicte uille liberos ab omni questia ad V. annos. Item relaxauit eis omnes iniurias ratione bouatici. Item relaxauit illis quibus ratione dicti incendii sua hospicia, uel maior pars hospiciorum aut bonorum suorum fuerunt combusta uel destructa, quecumque deberent de bouatico uel ratione bouatici. Item remisit illis, quibus dampnum non fuerat illatum, medietatem bouatici. Item concessit illis qui fuerunt dampnificati ratione dicti incendii. quod essent elongati ad III.os annos a debitis que debebant tam cristianis quam iudeis, usuris cessantibus per dictum tempus ut in littera sequitur. Item concessit et mandauit baiulo et iudici quod iurassent coram populo tenere et conseruare consuetudines dicte uille, prout in littera sequitur. Item mandauit baiulo et iudici quod pro aliqua questione feudi, que hominibus podiicerdani mouebatur de honoribus et possessionibus, non caperentur eis, donec cognitum esset si esset feudum domini regis ut sequitur in littera. Item mandauit eis quod tabulas mercerie, sutorie

et carnificum platee, conducerent ad enquantum, quolibet anno, prout in littera continetur. Sequitur littera.

749.—Iacobus dei gratia Rex maioricarum, Comes rossilionis et Ceritanie et dominus montispesulani, fidelibus suis probis hominibus et consiliariis et uniuersitati uille podiicerdani: Salutem et gratiam. Vehementes ad nos ex parte uestra cum litteris credencie Jacobus Catelli, Rogerius petri, Arnaldus amelii, García romei et Bernardus de prato coram nobis proposuerunt quod in dicta uilla magnum incendium contigerat, propter quod magna pars domorum et hospiciorum dicte uille erat combusta penitus et destructa, et plura alia dampna in rebus et mercibus propter dictum incendium erant illata hominibus dicte uille; et dicti uiri nuncii ex parte uestra a nobis requisierunt ut occasione dictorum dampnorum uobis et uestris rebus illatorum et ad reducendum dictam uillam in bono statu uobis aliquas gratias concedere debemus. Quibus omnibus per dictos uestros nuntios expositis coram nobis, fuimus et sumus de dicto incendio et de dampnis in uestris rebus illatis ratione dicti incendii tristes fortiter et irati, et inde doluimus plurimum et dolemus, cum dampnum uestrum, nostrum proprium reputemus; et cum nobis expedire uideatur uobis gratias competentes concedere in hoc casu, sciatis: quod, uos ab omni questia, hinc ad quinque annos liberos facimus et immunes.

Et penitentias omnes in quas aliquis uel aliqui dicte uille inciderunt ratione bouatici duximus penitus relaxandas.

Et etiam illis quibus ratione dicti incendii sua hospicia uel maior pars hospiciorum aut bonorum suorum sunt combusta et destructa, quicquid debent de bouatico uel ratione bouatici duximus relaxandum.

Aliis autem predicte uille quibus dictum dampnum non est illatum, medietatem bouatici quod debent similiter duximus relaxandum.

Item, concessimus quod illi, qui sub dicta forma sunt dampnificati ratione dicti incendii, sint elongati ad III.[3] annos a debitis que debent tam christianis quam iudeis, usuris cessantibus per dictum tempus; exceptis debitis que inter dictos dampnificatos ad inuicem et inter se debentur; et quod elongamentum aliquod per nos alicui uel aliquibus concessum de debitis que debentur dictis dampnificatis sit penitus reuocatum.

Concessimus etiam et mandamus per nostras litteras baiulo et iudici podiicerdani, quod iurent et iurare teneantur coram populo dicte uille pro debitoribus que soluere teneantur, non imponat eis penam aliquam ad soluendum dicta debita certa die, sed quod curia nostra compellat dicta debita ad soluendum et inde suam iustitiam consequatur.

Sciatis etiam quod mandamus per nostras litteras baiulo et iudici dicte uille quod pro aliqua questione feudi, que uobis moueatur de honoribus et possessionibus quos tenetis, dicti honores et possessiones non capiantur nec emparentur nobis, donec cognitum fuerit an sint feudum aut de feudo nostro; nisi esset manifestum seu notorium dictos honores et possessiones fore feudum aut de feudo nostro.

Et etiam baiulo dicte uille mandamus per nostras litteras quod tabulas mercerie, sutorie et carnificum platee uille podiicerdani conducat ad enquantum publice quolibet anno, ut erat fieri consuetum et illas conduci alium non compellat.

Preterea ad subueniendum illis quibus dicta hospicia sunt combusta et destructa, sciatis quod rogamus per nostras litteras uniuersos homines tocius terre ceritanie, tam nostros quam alios, quod, ad expellendum terram dictarum domorum dirutarum de dicta uilla, et adiuuandum eos in operibus et manobriis ad reficiendum et rehedificandum dictas domos, prestent eis auxilium quod poterint bono modo. Et mandamus per nostras litteras baiulo dicte uille ut ad hoc inducat etiam quantum poterit homines supradictos. Scientes quod uoluntatem nostram super predictis omnibus dicti nuncii uestri uobis pleuius referre poterint uiua uoce.

Datum in perpeniano II.° Kalendis decembris. Anno domini Millessimo Ducentessimo Octuagessimo.

Llibre vert. fol. 21. V.°

Aquest document no's troba en el Trasllat del Llibre vert.

LXVII: pág. 370 n.º 497

1 desembre 1280. Incendi, franquesa de questia.

750.—Nouerint vniuersi quod nos Iacobus dei gracia Rex maioricarum comes rossilionis et Ceritanie et dominus montispesulani Attendentes quod propter incendium quod contingit in uilla Podiicerdani hominibus dicte uille dampna plurima sunt illata et nostri intersit in tali casu dicte uille compati et eciam subuenire, Ideo uolentes dicte uille graciam facere, per nos et nostros cum hoc presenti instrumento nostro enfranquimus et franchos ac liberos facimus vniuersos homines dicte uille Podiicerdani et que se et ad comunitatem eorum spectant presentes et futuros a questia seu questiis a festo scilicet natalis domini primo venturo usque ad quinque annos continuos et completos. Ita quod infra dictos quinque annos homines dicte uille nullam questiam seu questias nobis uel nostris dare racione aliqua teneantur. Immo cum omnibus bonis eorum sint inde per totum dictum tempus libri penitus et immunes. Mandantes baiulo Podiicerdani et vicario Ceritanie ac vniuersis aliis officialibus nostris presentibus et futuris quatenus predictam franquitatem et immunitatem obseruent per totum dictum tempus et penitus faciant ab omnibus obseruari. Datum in perpiniano Kalendas decembris anno domini millesimo CC.º octuagesimo.

A. M. P. O. molt malmés. T. en Llibre de Privilegis de Puigcerdá, doc. 16.

LXVIII: pág. 378 n.º 511

1 agost 1282. Ramón d'Urg. sobreseïment.

751. — Iacobus dei gracia Rex maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie et dominus montispesulani fideli suo. b. squillati baiulo podiicerdani et uicario Ceritanie salutem et graciam. mandamus uobis quatenus in presentibus querellis quas mouetis seu mouere intenditis contra

homines nobilis R.i de urgio et domine blanche matris eius et contra homines P. de trauesseres et R. g.i de enveg racione exercitus et treve in peticionibus vniuersis quos mouetis seu mouere intenditis contra confratribus ipsius dicti nobilis R.i et Domine blanche matris eius aliqua racione supersedeatis donec redierimus de viatico quod facturi sumus in francia uel donec inde nobis aliud receperitis mandamentum. Actum in perpiniano Kalendas augusti anno domini M.° CC.° LXXX.° secundo.

A. N. Lib. Firmit. fol. 7.

LXIX: pág. 384 n.° 250

23 agost 1282. Bellver: penyorada restituida.

752.—Carta presentada per Pere Borrell de Puigcerdá a Bernat Esquellat.

Ia. dei gracia Rex maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie et dnus. montispesulani fideli suo. b. squillati baiulo podiiceritani et vicario ceritanie salutem et graciam. Ex parte. P. borrelli de podiocerdano nobis extit terminatum quod cum. P. iouerii baiulus de beluerer pignorasset. P. de Aragall. pro quodam debito quod homines de prulans dicto. P. borrelli debent. et dictus. P. iouerii faceret distrahi dicta pignora causa satisfaciendi dicto. P. borrell. de debito supradicto vos auctoritate vestra et motu uoluntario fecistis dicta pignora absolui et restitui. P. de aragayl supradicto. nulla satisfaccione facta de dicto debito. predicto. P. borrelli. Vnde cum in absolucione seu restitucione dictorum pignorum videatur uos minus bene processione. mandamus uobis quatenus visis presentibus de uestro uel de alieno de quo tamen iuste possit fieri satisfaciatis dicto. P. borrelli de debito supradicto. Sic quod dictum. P. borrelli uel aliquem nomine ipsius non uideamus inde ulterius querelantem. alias sciatis quod nobis plurimum displiceret. Datum in perpeniano III.° idus augusti. anno domini. M.° CC.° LXXX secundo. et dictus vicarius respondit et dixit quod restitucionem dictorum animalium fecerat racionabiliter et dicto. P. de Aragall prius assecurante per. Ia. de aragall condam quod faceret

ius dicto. P. borrelli de dicto debito antea quam dictus. P. iouerii pignorasset dictum. P. de aragall et cum ipse. P. borrelli conquestus fuisset fraudulenter de dicto debito. P. iouerium querimoniam non debeat exponere, cum dictus. P. de aragall esset de iuridiccione vicarie et cum dictus. P. borrelli fecisset querimoniam de dicto debito dicto. P. iouerii tamquam vicario... Dixit eciam quod dicta litera fuit impetrata tacita veritate et subiecta falsitate.

A. N. Lib. Firm. 1282, Dominica. X. Kal. septembris, fol. 13.

LXX: pág. 387 n.º 527

7 octubre 1282. Guiatge del bestiar.

753.—Infans Alfonsus illustris regis Aragonum primogenitus eius vices gerens vniuersis et singulis officialibus et subditis dicti domini regis et nostris ad quos presentes peruenerint salutem et graciam. Cum homines de podioceritano dicant se velle adducere seu mittere bestiarium per pascendo in terram domini regis patris nostri et nos concessimus per adducentes et custodientes ipsum bestiarium et etiam mitentes ipsum ut omnia bona eorum sint salua ab omni pignore siue marcha usque ad festum pentecostes et deinde quamdiu placuerit dicto domino regi et nobis, mandamus uobis quatenus dictos mitentes et ducentes ac custodientes bestiarium supradictum uel eorum bona non impediatis detineatis uel etiam pignoretis uel impediri ab aliquo detineri seu pignorari ab aliquo permitatis per totum dictum tempus nec etiam ulterius quousque dictus dominus rex uel nos ipsum guidaticum reuocauerimus culpa vel debito alieno nisi tamen ipsi principales fuerint debitores vel fideiussores per alios obligati, imo mantineatis et defendatis eosdem et eorum bona prout de iure fuerit faciendum ipsis tamen facientibus de se querelantibus iustum complementum et soluentibus iura que soluere teneantur. Datum Barchinone nonas octobris anno Domini. M. CCLXXX. secundo. Signum.

I. E. C. Lib. Priv. Pod.ni fol. VIII.º V.º

LXXI: pág. 388 n.º 530

4 mars 1284. Pere II: reial protecció.

754.—Hoc est transtatum bene et fideliter sumptum a quadam carta pergamenea sigillo pendenti sigillata illustrissimi domini Regis Aragonum et Sicilie, cuius series talis est:

Petrus, dei gratia, Aragonum et Sicilie Rex, vniuersis officialibus et subditis suis ad quos presentes peruenerint, salutem et gratiam. Sciatis quod nos Recipimus et constituimus sub nostra custodia proteccione et guidatico speciali cum presenti carta Totum bestiarium, merces et res hominum podiiceritani et ceritanie et ipsos homines et nuntios eorundem per omnia loca terre et dominationis nostre, per terram scilicet, mare stagnum et quamlibet aquam dulcem, in eundo scilicet, stando et redeundo. Quare mandamus uobis quatemus predictis hominibus mercatoribus uel nuntiis suis, bestiario, rebus uel mercibus eorundem, nullum impedimentum uel contrarium faciatis nec fieri permitatis; Immo ipsos manteneatis et deffendatis in iure tamquam res nostras proprias, et non permitatis eos uel eorum aliquos, bestiarium, Res, uel bona sua, agrauari contra iustitiam nec in aliquo molestari, ipsis facientibus querellantibus de se iustitie complementum. Et quare sigillum assuetum non habebamus nobiscum, presentes sigillo secreto nostri Anuli iussimus sigillari. Datum in sede vrgelli IIII.º nonis martii anno domini M.º CC.º LXXX.º tertio.

Arnallus de bono anno publicus podiiceritani notarius hoc translatum scripsit et translatauit a dicta carta bene et fideliter, nichilo addito seu remoto: Conuocatis ad eius examinationem Raimundo de bono anno et Raimundo de neua, literatis qui uidentes et legentes translatum cum dicta carta inuenerunt illud de Carte predicte serie contineri per omnia. Actum est hoc II.º nonis martii anno domini M.º CC. LXXX. tertio et hoc sig + num fecit.

A. M. Plec Pergamins segle XIII.

LXXII: pág. 389 n.º 532

6 abril 1284. Baronía d'Urtg, Tosas i Salteguel.

755.—Coberta: Copia del privilegi de la baronia de Urtg. donat per part del Cindich del Venerable Collegi de nostra dona de la vila de Pugcerdá al magnifich mossen Ionot de roset, donsell en lo trieni mes prop passat loctinent de veguer.

Interior: ihs. Hoc est translatum bene et fideliter sumptum et translatum in villa Podiiceritani per me Ioannem Mor notarium infrascriptum die vicesima septima mensis Madii anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo vicesimo octavo a quodam publico instrumento in quodam quaterno papireo scripto et continuato non viciato, non cancellato nec in aliqua sui parte suspecto sed omni prorsus vicio et suspicione carente tenoris sequentis:

Nouerint universi quod nos Iacobus dei gratia Rex maioricarum comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Muntpellerii per nos et successores nostros damus et concedimus in feudum vobis nobili et dilecto nostro Raymundo de Vrgio et vestris successoribus in eternum omnes iusticias civiles et criminales et merum et mixtum imperium et omnem iuridiccionem plenariam in omni honore vestro de Vrgio, scilicet a Rivo age usque ad Rivum vocatum de alp. (1) Item per nos et nostros damus et concedimus in feudum domine blanche de Vrgio matri vestre et suis successoribus et vobis dicto Raymando de urgio nomine eius recipienti perpetuo et tibi tabellioni instrumento pro ipsa domina blancha de urgio stipullanti et recipienti omnes iusticias ciuilles et criminales et omnem iurisdiccionem ac merum et mixtum imperium in Castrho de Thosis quod tenetur a uobis in feudum et suis terminis

(1) La baronía d'Urtg, a 15 juliol 1304, fou venguda pel rei Jaume de Mallorca, al Comte de Foix (Baudon de Mony, Relations... Comte de Foix. II, pag. 296), pero ja en 18 agost 1294 dit comte hi tenia per batlle seu a Ermengou de Alb, qui havia vengut els fruits de la batllía a Jaume de Prat i aquest els revengué dit dia a Jaume Mercader, durant quatre anys per 12 l. 10 s. b., 25 s. melg i 5 modis de segle (Lib. Firmit. 1294 lune, XVII. kal. sept. fol 22.

En 7 juliol 1487 el comte de Foix vengué la senyoria d'Urtg a Anton Mercader, qui la legá per culto de la sua capella de N.ª S.ª de Gracia al Colegi de Preveres de Puigcerdá. A. P.

in omnibus aliis villaribus et locis que sunt de dicto castro de tosis usque ad locum vocatum lauaner, sicut dictus riuus decendit de montaneis de planes usque ad ripariam dicti loci et sicut est de terminis de mattaplana. Damus et concedimus in feudum dicte domine blanche de vrgio matri vestre et suis successoribus in perpetuum et vobis nomine eius recipienti omnes iusticias ciuilles in loco vocato de Sauteguel (1) cum fatica tamen (decem) dierum. Ita scilicet quod si alliqui pro debitis querimoniam exponent seu exponerent a dictis hominibus dicti locii de Sauteguel quod vicarius noster ceritanie possit inde et debeat cognoscere et dictos homines compellere et compelli facere de predictis, facta prius per dictum vicarium denunciacione seu faticha baiuli dicti locii, quod infra dictos decem dies continuos fecerit satisfieri dictis querellantibus, qua satisfaccione si dictus baiulus dictis querelantibus fieri non fecerit infra dictos decem dies vel eisdem non faceret fieri, inde sine fraude et calumpnia justicie compleuerint eciam post actos decem dies ex tunch dictus vicarius noster possit compellere et compelli facere dictos homines de Sauteguel pro predictis: predictas autem iustitias ciuilles et criminalles et omnem iurisdictionem et merum et mixtum imperium quod et quas vobis et dicte domine blanche de vrgio matri vestre et vestris successoribus damus et concedimus in feudum in honore vestro de vrgio et in castro de thosis et in loco de planes et in villa de adas et in aliis locis vt superius continetur vobis concedimus in hunc modum, quod in predictis lociis et quolibet ipsorum, et in omnibus hominibus et feminis ibidem habitantibus et habitaturis et in quibuscumque etiam ibi delinquentibus, possitis exercere et facere exercere vos et dicta domina mater

---

(1) «A II de las Calendas de mars M CC LXIIII° appar vn treslat de vna sentencia que fonch donada per guillem prior de sanct Iacme de frontanya Iutge de na blancha de vrg senyora de salteguell entre los homens de la vila de salteguell y los homens de la vila de meyans so es que los homens de meyans feren fusta al terme de meyans y los de salteguell pretenint nou podien fer posaren foch en dita lenya y sobre lo pexer del bestiar fonch determenat que lo bestiar pogues peyxer fins a (los de) la vila de salteguell fins a la vila de meyans, y los de meyans fins a la vila de salteguell comunament, y que los de toses y meyans pugan fer bigas per llur menester y que pagassen vna aymina de siuada per quiscuna casa de cens a vn tal solanllong appar en dit acte ab senyal de A.»

A. M. Capbreu de Salteguel. f. 1.

vestra et succesores vestri semper omnes iusticias civilles et criminalles, et omnem iurisdictionem ach merum et mixtum imperium. Exceptis iusticiis tamen ex quibus ultimum suplicium id est mors naturalis sequi deberet, quas nobis et nostris semper retinemus. Item etiam quod si de aliquibus criminibus, preterquamquod mors naturalis sequi deberet, nos seu curia nostra pecuniam reciperemus, illam habeatis vos et vobis et vestris volumus pertinere, salua et retenta nobis et nostris cognotione et executione dicte mortis naturalis si sequeretur. Volumus tamen et concedimus quod prescriptionem bonorum et consficationem in honore dicto de urgio et vilari de adas apud thoses et planes et aliis locis predictis in quibus vobis et dicte domine blanche concedimus omnem iurisdictionem, vos dictus Raymundus de urgio et dicta domina blancha mater vestra et successores vestri habeatis, et ad vos et succesores vestros volumus pertinere raçione dictorum criminum per ipssos comissorum, predictis vero vobis et dicte domine matri vestre per nos datis et concesis in feudum. Retinemus nobis et successoribus nostris dominis terre cerritanie petitionem, punitionem ac iurisdictionem plenariam fracctionis pacis et treugue. Retinemus etiam nobis et succesoribus nostris quod si homines nostri et successorum nostrorum presentes et futuri delinquerent in locis predictis vel aliquo eorumdem vel infra terminos ipsorum locorum, quod non teneantur respondere pro dicto delicto seu dellictis in posse vestro seu vestrorum aut baiulorum vestrorum, nisi tantum in posse nostro seu curie nostre; sed possitis tantum vos et vestri baiuli, homines nostros et succesores nostros delincuentes in predictis locis capere et in continenti captos mitere et tradere in posse nostro ceu curie nostre et succesorum nostrorum; retinemus etiam quod si aliquis vel aliqui homines predictorum locorum comitterent aliquid contra nos vel nostrorum succesores, vel contra vicarios, sagiones aut alios oficiales nostros presentes et futuros aut succesorum nostrorum vel contra familliam nostram siue successorum nostrorum dominorum nostrorum terre ceritanie, quod dicti homines teneant semper respondere pro dictis dellictis seu comissis aut offencis, in manu et posse nostro seu succesorum nostrorum dominorum nostrorum terre ceritanie. Etiam retinemus quod si homines predictorum locorum vel aliqui ipsorum infringerent seu venirent contra aliquas iubicionesgenerales vel banna generalia per nos et nostros statuen-

da vel facienda, quod cognitio et punicio predictorum vbicumque predicti homines in predictis delinquerint ad nos et nostram curiam pertineat penitus et spectet. Retinemus etiam quod (si) homines podiiceritanii chrestiani vel judei presentes et futuri habuerint causam seu causas in predictis locis coram vobis vel vestris seu baiulo vel baiulis vestris predictorum locorum non teneantur solvere aliquas expensas pro iudice vel scriptore in posse vestri vel vestrorum aut in posse baiulii seu baiulorum vestrorum; nech homines similiter predictorum locorum teneantur solvere nisi expenssas pro iudice vel scriptore in posse curie baiuli podiceritanii cum contingerit ipsos aut aliquem ipsorum habere causam vel causas sive littes coram baiulo podiiceritani. Similiter retinemus quod, si uos et dicta domina blancha mater vestra vel predecessores vestri aliqui a iudeis vel cristianis mutuum recepistis aut vos vel ipsa domina blancha vel succesores vestri recipietis, seu recipient, aut aliquem contractum fecistis seu facietis, racione cuius conventui seu contractus homines dictorum locorum essent vel fuerint principaliter vel secundario aut accesorie obligati quoad querelam creditorum seu contrahentium, dicti homines in predictis obligati teneantur de predictis respondere et placitare in posse curie nostre et snccesorum nostrorum dominorum terre ceritanie facta primitus vobis vel dicte domine blanche aut succesoribus vestris seu baiulis vestris faticha decem dierum infra quos volueritis satisfacere aut satisfecerint seu satisfieri in dictis debitis aut aliis contractibus, quos infra dictos decem dies vos aut succesores vestri seu baiuli nominari feceritis aut fieri fecerint, ex tunch curia nostra, possit compellere dictos homines pro predictis et in posse ypsius curie nostre de predictis teneantur respondere et appellare: pro predictis autem omnibus et singulis per nos et nostros vobis et dicte domine blanche et vestris datis et concessis in feudum, eritis vos et vestri successores et dicta domina blancha et sui, semper nobis et succesoribus nostres dominis terre certanie, homines fidelles et legales, et facietis (vos) dictus raymundus de urgio tam pro vobis quam pro dicta domina blancha et succesores vestri et ipsius, nobis et succesoribus nostris dominis terre ceritanie, homagium fidelitatis ore et manibus comendatum; quod homagium a vobis tam pro vobis quam pro dicta domina matre vestra recipimus in presenti. Dictam autem donationem et concessionem vobis et dicte domine blanche

et vestris facimus salvo iure penitus alieno et salvis nobis et succesoribus nostris dominis terre ceritanie, omni dominio et plenaria potestate in predictis locis si defectus iuris vel iustitie reperriretur in uobis seu vestris succesoribus dictorum locorum vel in baiulis ipsorum locorum. Mandantes vicariis, baiulis, curiis, iudicibus et aliis vniversis officialibus nostris presentibus et futuris, quod predictam donationem et concessionem firmam habeant et observent vt superius continetur et non contraveniant aliqua ratione. Retinemus et tamen reservamus dicto raymundo de urgio et dicte domine blanche et succesoribus vestris quod per anch presentem donationem dictorum feudorum et concesionem a nobis vobis factam, et eorum receptionem vobis et dicte domine blanche et succesoribus vestris nullum preiudicium parraretur vel fiat in onoribus et locis vestris predictis: que sunt alodia immo remaneant, pro allodiis sicut fuerunt in odiernam diem; exceptis iustitiis predictis. Et ad maiorem firmitatem omnium predictorum, presens instrumentum sigillo nostro pendenti, fecimus communiri. Ad hech dictus raymundus de urgio tam pro me quam pro dicta domina blancha matre mea, recipicens a vobis dicto domino rege maiorica:um predictam donationem et concessionem dictorum feudorum per vos michi et dicte domine blanche factam super pactis et retentionibus supradictis, laudans et approbans nomine meo et dicte domine blanche omnia supra dicta, promitto per me et nomine dicte domine blanche et per succesores nostros, vobis dicto domino regi Maioricarum et vestris succesoribus, dominis terre ceritanie, de predictis et pro predictis michi et domine blanche in feudum per vos ut dictum est concessis, esse vobis et succesoribus vestris dominis terre ceritanie fidelis et legalis homo et vassallus et facere inde vobis et succesoribus vestris dominis terre ceritanie homagium fidelitatis ore et manibus comendatum; obligans nomine meo et domine blanche succesores nostros ad recognitionem et homagium faciendum pro predictis, vobis et vestris succesoribus dominis terre ceritanie, quandocumque et cotienscumque mutari contigerit dominum vel vassallum. Datum perpiniani octavo idus apprilis anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto. Signum Iacobi dei gratia regis maioricarum, Ceritanie et domini munpellerii. Testes sunt Guillermus de canetto, raymundus rogerii, petrus de trauaceriis, arnaldus baiulii, arnaldus de Saga. barangarius de vlmis. Iacobus de nundine

domini regis Signum Petri de Calidis, qui mandato dicti domini regis et iussu acc pressibus predicti nobilis raymundi de urgio scribi fessit et clausit loco die et anno prefixis.

Signum pettri Iohannis garau, regia et honorabilium conssulum ville podiiceritani et ceritanie auttoritatibus notari publici dicte ville huic exemplo testis.

Signum Guillermi steffani publici podii ceritani et certanie notarii authoritale honorabilium conssulum dicte ville regio indultu eis attributo huich translatto testis.

Signum Ioannis mor, publicus Regia et ville podiiceritani et ceritanie honorabilium Conssulum dicte ville, regio eis attributo indultu autoritatibus notarius huiusmodi translatum dicto suo originali fideliter sumptum et cum eodem de verbo in verbum correctum et comprobatum et dictorum connotariorum meorum subscriptionibus roboratum scripsi et clausi die et anno in eodem contentis, cum litteris per me in linea quarta prope verbum «*succesoribus*» poni ommissis sequentibus (1).

Puigcerdá A. P. Plec d'Urtg.

---

(1) Abdós nobles, Ramón i dona Blanca d'Urg, tenian per tota sa baronia a Ramón d'Alb, batlle seu de Das: en 27 setembre 1293 arrivaren a cert i leal compte amb ell sobre tots els censes, redits, exits, profits, questies acostumades o formades de nou, multures dels molins, terses qualsevols, tasques, carnalaxes, garbes, formatges, xais, totes albergues, maienchs, ansers, redempcions d'homes, gallines, pollets, serveis, servituts, justicies, bans, foriscapis, cugucies, exorquies, intesticies, arssines, i accapits que li tenien confiats fins el diumenge de Pasquetes; excepte el fet o causa contra Elissendi *preborda de Adacz, racione percussionis que dicitur te fecisse.* (A. M. Perg. orig. d. s.)

Entre'ls actes de Ramón d'Urg, senyó de Mataplana, merexen esser consignats els seguents:

1) Gratificació de son escudé: A 5 novembre 1294:

Atenent i recordant els molts, agradables i bons serveis que Guillem *fabre,* majordom i escudè seu-maiordomus et scutifer meus,-fill de Ramón fabre de *lyleto,* condam, moltes vegades li feu, encara cada dia li fa i no cessa de ferli, com a benemerit li dona i concedeix graciosament, de manera irrevocable entre vius, pero sol durant la vida (del Guillem), vuit modis de blat, ço es III de forment V de segle ple i ben revedor cobradors cada any per S. Miquel de setembre a mesura recta de Toses am ses tornes—*ad rectam mensuram de toses cum suis tornis*—sobre'ls quarts que deu revre a Toses i sa parrochia i termes: manant al batlle seu de Toses que'ls hi entregui.

Item li dona tambe i concedeix per durant la vida la provisió de totes les corporals necessitats en sa casa o alberc de Mataplana sobre tots els bens seus mobles o inmobles ontsevulla que sian: aixis que

LXXIII: pág. 393 n.º 534

14 abril 1285. Guaites de Sta. Maria i mullers de bandolers.

Prouisio que los homens de la vila no sien tenguts de guaytar aquells ques recuyllen en la yglea.

756. — Iacobus dei gracia Rex Maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani dilecto suo Raymundo de Banyuls Baiulo Podiicerdani et vicario Ceritanie salutem et dileccionem. Intelleximus quod quando aliquis male factor seu criminosus conffugit et ponit se in ecclesia ville Podiicerdani, vos mandatis et facitis illum custodire, ne a dicta ecclesia exire seu euadere possit, per homines dicte ville, de quo dicti homines reputant se grauatos; vnde Mandamus vobis quatenus de cetero non compellatis dictos homines ad custodiendum dictos malefactores seu criminosos, set per sagiones et alios curiales nostros, illos custodiri ibidem faciatis. Preterea cum intelleximus quod in dicta villa sunt et morantur uxores aliquorum hominum blanditorum qui se iunxerunt cum inimicis nostris, et hominibus et terre uostre dampnum infferunt quantum possunt, Mandamus vobis

---

durant sa vida i despres de sa mort el seu hereu universal estiga obligat a proveirlo dintre sa casa o alberga de Mataplana en totes les necessitats corporals de menjár i vestir be i decentment com a fill de caballé, tinga i revia dita provisió i puga tenirla i rebrerla sempre i quant vulga—provideamus et teneamur providere tibi intus domum siue albergam nostram de mataplana in omnibus tuis corporalibus necessariis victus et vestitus bene decenter sicut vni filio militis in tota vita tua. — *Testimonis*: b. decz mas capellanus de Russ, bern. czeschaualls de berga et P. de castel-Arnau.

2) Concessió d'una borda al Vilá mitjá de Salteguel:

A la matexa data alaba i concedeix a Berenguera *bordze de villario miga de sauteguel*, filla de Ermessende cases, muller de bern. *cases, condam, de villario miga de sauteguel*, una borda que hi ha en dit vilà. (Lib. Extran. d. s. fol. 54 i 53).

3) Afranquiments de Das:

Dimecres, 13 abril 1295: a) afranqueix fins a S. Joan i d'alli a vuit anys, a Montaner Sauczeda, G. Morera, Gerauda Giner, Ramón lover, i Pere de Puigmoren, el mas de Guillem lover, i la borda *den galyné*, am tots sos masos i bens, de tota *questia, forciata, accapito forciato, colta et mutuo forciatis*.

Item fa laudimi a Pere de Puigmoren de la venda d'una casa de Das a ell feta per Guillem Font de Das.

quod dictas uxores dictorum blanditorum, illas scilicet de quibus possit habere suspicio quod sustinerent et procurarent seu facerent aliqua propter que per dictos viros earum vel inimicos nostros hominibus et terre nostre dampna inferruntur vel dictis viris ipsorum seu aliis inimicis nostris prestarent seu prestari facerent consilium aliquod sive opponi, a dicta villa Podiicerdani et a tota terra nostra expellatis et visis presentibus expelli faciatis. Datum perpiniani XVIII° Kalendas madii Anno domini Millesimo CC. LXXXV.

Llibre de Provisions Reals de Puigcerdá, sens titol, en poder de Salvador Barbra, llibreté de vell, Barcelona; document 1.r

LXXIV: pág. 406 n.° 556

24 novembre 1235. P. de Travesseres: homenatge.

757.—Notum etc. quod cum P. de trauasseriis condam fecisset suum testamentum et in illo ordinando de bonis suis instituisset heredem uniuersalem. P. de aragallo et

---

4) Concessió del molí d'Urtg:
It. alaba i concedeix a Bernat *roseda de vrgio* que puga edifica, construi i fe edifica el molí i els molins en un camp que té en termes de Urtg prop la ribera del Segre, sota la palanca de Soler, puga ferhi presa, resclosa i pexera, pendre l'aigua de dita ribera i conduirla a dit molí tant i sempre com vulga—laudamus semper et concedimus tibi bern.° roseda de vrgio et tuis quod tu et tui possitis edifficare construhere et edificare (facere) molendinum et molendina in quodam campo tuo qui est in terminis de vrg prope rippariam sigoris subtus palancham de solerio... possis facere cabedagium et resclausam et pexeriam ad opus dictorum molendinorum, accipere aquam de dicta ripparia sigoris et illam adducere ad dicta molendina quantumcumque et quocienscumque ut melius tibi vel tuis visum fuerit ad comodum et utilitatem tui et dictorum molendinorum. Per aquesta palanca de Soler passava el camí de la vall de Alp fins que en 9 mars 1328 es determiná la construcció del pont de Soler, on avuy se trova, a gastos comuns de la vall de Ribas i de Cerdanya: del desaparescut molí d'Urtg, es conserva el nom de la resclosa i palencó. Dit camí passava pel peu del molí d'una banda del Segre i de l'esglesia de S. Climens de Soler, del altre; quals vestigis o runa forma el primontori del cap de munt del prat del xicó del Vilar d'Urtg, contiguo al pont de Soler. Les cases de Soler, exceptuat el mas d'Aravó, es convertiren

constituisset manumissores suos reuerendum patrem et dominum. P. dei gracia episcopum vrgellen et nobilem R. de vrgio et discretum Poncium de vrgio sacristam gerunden et G. de liuia canonicum vrgellen ut hec in dicto testamento continentur, nos dominus R. de vrgio mandamus hominibus subscriptis qui fuerunt dicti. P. de trauasseriis quod racione proprietatis tantum, faciatis homagium dicto. P. de aragallo heredi dicti. P. de trauasseriis sub hac forma modo et condicione quod non respondeatis nec soluatis aliquid dicto P. de aragallo de fructibus et redditibus et aliis iuribus que faciunt et faciebant dicto P. de trauasseriis immo illa nobis uel cui uoluero soluant et quod dictus. P. de argallo soluat de natali proximo ad. I. annum omnia debita que dominus P. de trauesseriis debebat et restituat iniurias dicti P. de trauasseriis et omnia legata et alia in dicto testamento contenta compleat et soluat. et ni fecerit et compleuerit infra dictum tempus quod dicti homines sint absoluti de homagio siue sacramento et ex tunc hoc instrumentum et carta in eodem et dictum homagium seu homagia sint cassa. Et nos P. quers, B. pascher, G. decz soler, A. decz quinta, G. Caragoza destoll, Ff. de aniula de eler. recepto

---

en prats; aixis els llocs d'habitacio humana al faltar aquesta, en Cerdanya, s'endevesaren.

5) Afranquiment d'Urtg i de Salteguel:

It. afranqueix fins a S. Joan i d'alli a XII anys tots els homes i dones seus de vrgio, del vilá de vrgio i de tota la batllia de vrgio am tots sos bens de tota *questia forciata, accapito forciato, seruicio, colta et mutuo forciatis.*

It. afranqueix a tots els homes i dones seus de Sauteguel segons forma del afranquimen fet dels homes de vrgio.

(Lib. Extran. mercurii idus aprilis 1295).

6) Laudimi cases de Tosas:

dictas partes super eodem negocio. Cum constet mi per predicta instrumenta producta ex parte dicti monastirii sti. Iohannis et per deposiciones testium ab[13]eadem parte productorum dictos portus siue comam vocatam de feruers pertinere ad monasterium supradictum ex collacionibus seu largicionibus principum predictorum. et tam per deposiciones[14]testium quam per tenorem quorundam instrumentorum et notularum olim factarum de vendicionibus pasturarum dicti portus siue come de feruers diuersis hominibus seu personis ad tempus constet michi[15]dictum monasterium esse in possessione uel quasi dictarum pasturarum dicti loci. pronuncio et pronunciando declaro predictum portum seu combam de feruers pertinere ad dictum monasterium pleno[15]iure scilicet tam proprietatis quam possessionis et predictum monasterium habere ius et potestatem vendendi pasturam seu pascua dicti loci cuicumque tamquam suam rem propriam. Hoc[16]saluo quod cum constet per deposiciones testium productorum ex parte dictorum hominum predictos homines de queralbs et de fusteyano esse in possessione uel quasi per longa tempora pascendi[17]et pernoctandi cum bestiario suo infra dicta pascua de feruers per aliquos dies dum vadunt et redeunt de exiuernil. pronuncio et declaro predictos homines posse[18]depascere et pernoctare cum suis bestiariis in dictis pasturis per tres dies et per tres noctes in eundo ad exiuernil et per alias tres dies et tres noctes in redeundo [19]in pascuis supradictis quolibet anno libere et absque aliquo impedimento monasterii supradicti. Super facto uero expensarum ab utraque parte factarum super isto ne-[20] gocio prosequendo utrique parti duxi perpetuum scilencium imponendum. Dicta et pronunciata ac eciam declarata fuerunt hec per dictum dominum iudicem[21]die et anno predictis in presencia et testimonio Arnaldi de sto Iohanne militis et petri de araluo de uillafrancha et Berengarii de binaya presbiteri et mei[22]deuslosalui de cauq' libero scriptore dicti domini iudicis qui hec omnia scripsi et ad maiorem omnium predictorum et singulorum firmitatem habendam sigillum[23]dicti domini iudicis pendentis iussu ipsius presenti carte duxi apponendum.

A. P. Caralps P. O. signat n.º 6: falta segell.

XCVI

21 maig 1927. Pasquers: Sentencia arbitral.

737.—Pateat uniuersis quod cum contentio esset seu controuersia inter homines uallis de cherol, ex una parte, et homines ville podiicerdani, ex altera, super pasturis, nemoribus, aquis, paschuis, terminis et proprietate, et super eisdem contentione et controuersia cause inter dictas partes essent ducte. tandem dicte partes affectantes predictam contentionem et controuersiam ad bonum pacis et ad concordiam reducere et ad amicabilem compositionem uenire post multos tractatus. Petrus Iouer et Bernardus de Sauch, consiliarii uille Podiicerdani, nomine suo et nomine totius uniuersitatis uille Podiicerdani, ex una parte, et Bernardus olobde de cortuassisl et G. saurina de cherol, consiliarii uallis de cheroll, nomine totius universitatis hominum vallis de Cherol, ex altera, compromiserunt in andream den march, bernardum de ysogol et G. de ysogol et G. de ysauals de Podiocerdano, et in Petrum Borrell de Cherol et Bernardum Guillelmi de Riautes, et Bertholomeum Traper de Cherol et Petrum Borrel de Turri, tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores, et in Raymundum de pallyerols, uicarium ceritanie et baiulum podiicerdani, tanquam in tercium et superiorem, a dictis partibus comuniter electos, sub pena duorum milium solidorum melgonensium ad invicem eisdem partibus et dictis arbitris et tercio superiori per stipulationem premissam stare dicto cognitioni et arbitrio dictorum arbitrorum vel dicti tercii, si dicti arbitri concordare non possent, siue de iure fuerit consilio vel voluntate, super omnibus questionibus, petitionibus, controuersiis et demandis quas utraque pars predictarum parcium contra alteram habet, movet vel movere intendit ratione pasturarum, nemorum, aquarum, terminorum, usus et propietatis vel alia ratione; promittentes dicte partes comparere coram dictis arbitris et dicto tercio omnibus diebus et horis per dictos arbitros vel maiorem partem eorum vel dictum tertium feriatis vel non feriatis eis assignatis vel assignandis et omnibus locis publicis et privatis, et in posse ipsorum arbitrorum vel dicti tercii tornare pignora tenentia et suficientia ad dictam penam quancumque et quotiescumque uellent. uolentes insuper

dicti arbitri ut maior pars eorum vel dictus tercius, si dicti arbitri concordare non possent, super predictis possent ducere, determinare et componere, siue fuerit de iure consilio uel uoluntate omnibus diebus et horis feriatis uel non feriatis et in omnibus locis ipsis citatis vel non citatis, presentibus vel absentibus, et quicquid per dictos arbitros vel maiorem partem eorum vel dictum tercium, si dicti arbitri super predictis concordare non possent, dictum fuerit cognitum determinatum arbitratum et compositum, sive de iure fuerit, consilio, uel uoluntate, utraque pars ratum promissit habere et facere haberi perpetuo atque firmum. Et quod si aliqua dictarum partium hec facere noluerit incurrat dictam penam, cujus pene medietas appliceter parti obedienti et adquiescenti et volenti. Et altera medietas illustrissimo domino regi Maiorice; et quod dicti arbitri vel tercius predictus dent et tradant dicta pignora pro dicta pena partis non adquiescentis arbitrio eorum parti adquiescenti; et quod ipsa pena, soluta vel non soluta, nichilominus arbitrium, dictum et pronuntiatio dictorum arbitrorum vel maioris partis eorum vel dicti tercii, si dicti arbitri concordare non possint, ualeant perpetuo et reuocari non possint. Et quod si forte aliqua in predictis essent ambigua vel obscura que interpretatione indigeant, illa omnia possint declarare dicti arbitri vel dictus tercius ad bonum et sanum intellectum; obligando pro dicta pena utraque pars alteri ad inuicem et dictis arbitris et dicto tercio omnia bona dictarum uniuersitatum, ubique sint. prefingentes partes predicte sibi terminum a die qua dictum compromissum fuerit factum usque ad festum Pentecostes proximo ueniens, infra quod terminum dicti arbitri uel maior pars eorum vel dictus tercius, si dicti arbitri concordare non possent, pronunciaverit et cognouerit, arbitrium eorum tulerunt super predictis, ut hec omnia et singula instrumento publico dicti compromissi facto in scribania publica Podiicerdani. XIII. kalendis februarii, anno Domini M.CC.XC.VI. plenius et lacius continentur. Et cum propter nivem que erat in portibus, pasturis siue locis de quibus dicte questiones et controuersie sunt, dicti arbitri et dictus tercius et partes predicte non possent ad dictos portus, pasturas siue loca ire vel accedere causa uidendi dicta loca, pastras siue portus ad oculum et determinandi super predctis contentionibus et controuersiis tempore predicto que dictum compromissum fuit factum, cum ne-

cessarium esset uidendi primo ad oculum loca de quibus est controuersia, idcirqo inter partes antequam ad aliud procederetur, fuit dies assignata per dictos arbitros et dictum tercium dictis partibus ad diem sabbatti primam ante festum Ascensionis Domini, qua computabitur XIV kalendas iunii anno Domini M.CC.XC.VII., et locus aput Porteam causa videndi ad oculum loca dictarum contentionum et determinandi et cognoscendi et procedendi super premissis.¶Qua die comparuerunt Petrus solaz, Petrus de prato, R. gaamir, nunc consiliarii ville Podiiceritani, nomine suo et nomine totius universitatis ville podiicerdani, ex una parte; comparuerunt etiam Bernardus olobde de cortvassil et Guilelmus saurina de cherol, consiliarii uallis de cherol, ex altera, coram dictis arbitris et dicto tertio aput porteam et illa die omnes insimul, tam ipse partes quam arbitri et tercius predicti, viderunt aliquam partem locorum dictarum contentionum ad oculum; et cum omnia loca dictarum contentionum non possent illa die videri ad oculum, fuit dies assignata eisdem partibus proxime dictis ad idem quo supra de uoluntate earumdem partium ad diem dominicam sequentem.¶Qua die partes proxime dicte comparuerunt coram dictis arbitris et dicto tercio et sic omnes insimul accesserunt ad collum de pimorent, et dicti arbitri et dictus tercius, visis dictis paschuis, pasturis, et locis de quibus erant dicte contentiones et controuersie, tractauerunt de compositione inter partes supradictas. Et his peractis assignauerunt diem eisdem partibus ad idem quo supra ad diem lune crastinam et locum in collo de pimorent.¶Ad quam diem et locum partes proxime dicte comparuerunt coram dictis arbitris et dicto tercio; et cum dicti arbitri non possent concordare uel conuenire super dictis questionibus, petitionibus, controuersiis et demandis, et essent contrarii ad inuicem inter se, Ego Raymundus de Pallerols, tercius et superior predictus, uidens contrarietatem et discordiam dictorum arbitrorum, in defectu eorumdem arbitrorum, propter eorum discordiam et inconuenientiam, uolens partes ad concordiam reducere et dictas controuersias pro bono pacis terminare; uisa et inspecta siue lecta sententia sive pronunciatione qua Bernardus balester, quondam iudex ceritanie, tulerat, in qua pronunciavit hominibus podiicerdani usum et possessionem inmitendi sua bestiaria in portu et paschuis supradictis et in omnibus aliis locis eiusdem portus

et circuitus eiusdem et dicte uallis, exceptis tribus deuesiis que inuente fuerant esse hominum dicte uallis de cherol, scilicet una que uocatur campcardos et illa costa que est super cortalia de portea a quodam magno saxo lapidum sito quasi in coma de pimorent usque ad comam de comaiouan et alia costa que est ex una parte dicte uallis sicut dirigit sumitas usque ad uillarium de salit, ut in eadem sententia plenius et latius continetur; uiso etiam instrumento pronunciationis quam Arnaldus amyll de podiocerdano et Bernardus Amyll de cherol fecerunt supra dictis paschuis et portu siue locis; et uisa etiam sententia lata per discretum uirum dominum arnallum baiuli, iudicem illustrissimi domini regis Maiorice, super causa que uertebatur inter dictas partes siue universitates super dictis paschuis, in qua dictus dominus Arnaldus baiuli dixit et pronunciauit quod propter dictam suam pronunciationem nolebat nec intendebat preiudicium generari iuri alteri utriusque partis, si quod eis competit ratione dicte pronunciationis olim facte inter partes predictas Arnaldi Amyl et Bernardi Amyl, et alterius pronunciationis olim facte similiter inter easdem partes per Bernardum balester, condam iudicem ceritanie, prout in instrumentis ipsarum pronunciationum latius continetur, prout hoc in pronunciatione dicti domini Arnaldi baiuli continetur; visis etiam et auditis rationibus et defensionibus utriusque partis, habita plenaria deliberatione, Deum habendo pre oculis. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Auctoritate et potestate mi data a dictis partibus pronuncio, sub dicta pena, partibus proxime dictis et arbitris predictis presentibus, in hunc modum: ¶ Et primo dico et pronuncio, sub dicta pena, quod homines uille podiicerdani et uallis de cherol habeant comuniter in perpetuum usum et adempriuum inmitendi et tenendi ac pascendi bestiaria sua et faciendi iagudas et cortalia ad bestiaria eorum in omnibus illis locis siue paschuis qui sunt de collo de ortels sicut est de uia infra que vocatur dels Ortels usque ad torrentem daynuyls et de ipso torrente danuyls infra usque ad flumen arauonis et de flumine arauonis usque ad locumvocatum tarter et de ipso loco vocato tarter insuper a parte baga per omnia montanea et paschua et de quer de la legunela et de serra illius quer que descendit usque ad flumen arauonis, insuper et de serrato de la tarua usque ad thosetam dez forn insuper et de ipsa thoseta

dez forn usque ad grael de prat sobirá, insuper et de dicto loco del gradel de prat sobirá insuper usque ad rocs de les blanchs, e de les roches de les blanchs infra usque ad toz de mataplana et de ipso toz de mataplana sicut descendit per serram inferius usque ad petram signatam et usque ad tarterium petrarum colli de pimorent et per totum quicquid includitur et est infra afrontationes et terminos subscriptos, scilicet de dicto tarterio colli de pimorent usque ad uiam colli de pimorent sicut descendit ipsa uia uersus porteam usque ad serradellum de la Crou; et de ipsa uia et de dicto serradello de la crou usque ad riuum de uallobera et de rivo predicto de uallobera sicut descendit per serram siue per collum de la legunela usque ad portellam de ualsera et sicut serra dividit et dirigitur per eandem serram usque ad collum de les comfoses sicut aque uersant ex qualibet parte in ualle uocata de la leguna et in torrente siue riuo de uallobera et per omnia paschua siue pasturas de riucau et de dicto torrente siue riuo de uallobera usque ad pontem cerda et usque ad aquam de la casa sicut dividuntur termini ceritanie in ipsis partibus cum nobile comite fuxensi et per totum bachum come de pimorent sicut aque uersant usque ad riuum de auriola et in paschuis et pasturis sive locis loci uocati comapregona ut includuntur infra terminos et afrontationes subscriptos; similiter de podio de coma calda usque ad serratum capitis inferioris plane doladura et de ipso serrato sicut descendit per serram inferius usque ad parietem regis sicut aque uersant usque ad dictum parietem et sic dirigitur per ipsum parietem regis qui ascendit usque ad serratum del tor et preterea de ipso pariete insuper ut dirigitur per serram sicut aque uersant. ¶ Retineo tamen hominibus uallis de cherol pro deuesia sua propria totum solanum come de pimorent sicut aque uersant usque ad dictum riuum de auriola et sicut dirigitur per serram de podio sauartes inferius usque ad cher croat et de cher croat sicut est de uia superiori infra usque ad rocham de lauiners et dicta uia superiori; et de dicta rocha de lauiners inferius sit adempriuum comuniter hominum podiiceritani et uallis de cherol. Et omnia predicta loca, pasturas et paschua superius contenta et terminata adiudico hominibus podiicerdani et suis et hominibus vallis de cherol et suis esse et debere esse in perpetuum comuniter de usu et adempriuo eorumdem hominum podiicerdani et vallis de

cherol et suorum et bestiariorum ut superius continentur, excepto dicto solano come de pimorent quod superius retinui dictis hominibus uallis de cherol pro deuesia sua propia ut superius est terminatus.¶In omnibus allis uero locis et paschuis dicte uallis de cherol dicti homines podiiceritani non habeant usum vel adempriuum ad bestiaria eorum nec sint ausi inmitere bestiaria sua ibi, nisi in dictis locis, paschuis et pasturis eis et dictis hominibus vallis de cherol superius per me comuniter adiudicatis; salvo tamen et retento hominibus podiicerdani et bestiariis eorum passagio in dicta ualle de cherol et paschuis eius siue locis ut illud consueuerunt habere per ipsa loca et paschua ipsius uallis de Cherol eundo uel ueniendo ad pasturas predictas eis et hominibus dicte uallis de cherol comuniter superius adiudicatas per me et exeundo de eisdem cum bestiariis suis prout consuetum est fieri. ¶ Item, dico et pronuncio quod si homines uallis de cherol siccaverint erbam uel fecerint siccari in aliquo loco pasturis siue paschuis infra dicta paschua et loca eisdem hominibus et hominibus podiicerdani per me comuniter adiudicata, quod dictam erbam possint dicti homines uallis de cherol uel illi qui pro eis illam secaverint dispergere et siccare ibi et tenere illam per quinque dies tantum continue sequentes postquam fuerit siccata, et non inmisclare et ultra modum solitum dispergant dictam erbam, ymmo illam dispergant more solito et infra illos quinque dies eleuent dictam erbam et extraant inde, et infra dictos quinque dies homines podiicerdani et bestiaria eorum nullum dapnum siue dapna inferant dicte erbe siccate, et si aliqua garda siue garde bestiaria hominum podiiceritani dapnum siue dapna dederint dicte erbe siccate, intrando in eadem erba uel illam pascendo, consumando uel aliter male tractando infra dictos quinque dies sine uoluntate illius cujus erit dicta erba, quelibet garda predictarum gardarum que hoc dapnum dederit dicte erbe incurrat pro qualibet uice et soluat penam XII denarii barchinone, et de illa pena habeat medietatem baiulus de cherol et aliam medietatem ille cuius erit dicta erba, quam penam XII. denariorum predictorum possit pignorare uel facere pignorari baiulus de cherol infra dictas pasturas, paschua, siue loca; saluo tanem et excepto quod si homines uallis de cherol uel illi qui pro eis siccaverint dictam erbam uel aliquis alius pro eis dispergerent dictam erbam circum-

circa iagudas bestiariorum hominum Podiicerdani, ita quod ipsa bestiaria hominum podiicerdani aliter non possent exire de ipsis iagudis ad ducendum bestiaria ad pasturas nisi transirent per ipsam erbam, vel si a dictis quinque diebus in antea dimitterent uel tenerent dictam erbam siccatam in predictis pasturis, in hiis casibus quantumcumque euenerint homines podiicerdani et bestiaria eorum, si transiuerint per ipsam erbam uel illi erbe dapnum dederint, non teneantur de dapno per ipsa bestiaria eorum dato dicte erbe nec ad solutionem dicte pene XII. denariorum barchinonensium. ¶ Item, dico et pronuncio quod omnes questiones, petitiones et demande quas quelibet pars predictarum partium habet contra alteram, ratione dictorum paschuorum, pasturarum et adempriuorum et locorum uel ratione expensarum factarum per utramque partem utrisque in causis ductis utrisque super predictis inter dictas partes, et omne odium, ranchores et male uoluntates que inter ipsas partes essent uel fuissent utrisque, ratione dictarum controuersiarum, contentionum et demandarum, sint casse et cassi et inanes et super eisdem utrique parti silentium impono. Et hec omnia predicta et singula dico, pronuncio et adiudico ut superius continetur; saluo tanem et retento quod si aliqua sint ambigua vel obscura in predictis que supra determinavi et pronunciavi ac dixi que indigeant declaratione, quod illa posim declarare et determinare ad meam uoluntatem. ¶ Unde nos Petrus Solaz, P. de prato et Raymundus guaamir, consiliarii uille podiicerdani predicti, nomine nostro et nomine totius uniuersitatis eiusdem uille podiicerdani, ex una parte, et nos Bernardus olobde et G. saurina, consiliarii uallis de cherol predicti, nomine nostro et nomine totius uniuersitatis uallis predicte de cherol, ex altera, gratam et ratam habentes sententiam, pronunciationem sive dictum predictum venerabilis dicti Raymundi de palerols, tercii et superioris predicti, laudamus semper et concedimus, approbamus, ratificamus ac etiam confirmamus omnia predicta et singula per uos superius dicta, determinata et pronunciata prout superius continentur et promittimus predicta omnia et singula perpetuo servare et firma habere prout superius sunt contenta et quod contra predictam dictam pronunciationem seu sententiam uestram non ueniemus nos uel dicte uniuersitates clam vel etiam manifeste. ¶ Et nos Andreas den march, Bernardus de isogol et G. de ysogol et



Sepultura de Ramón d'Urg

G. de ysauals, de podiocerdano, Petrus borrel, de cherol, Bernardus G. de riautes, Bertholomeus traper, de cherol, et Petrus borrel, de turri, arbitri seu arbitratores predicti, predicta omnia et singula laudamus et concedimus ut superius sunt contenta.¶ Lata fuit hec sententia dictum seu pronunciato per Raymundum de palerols, ter cium et superiorem predictum, ut eadem omnia predicta et singula laudata, concessa et approbata per eum et per partes proxime dictas et per dictos arbitros ut superius continetur. scilicet die lune qua dicitur XII. kalendas iunii anno Domini M. CC. XC. VII. in presentia et testimonio Pontii de ur, Petri blanch, Raymundi de caseles et G. donzes, de podiocerdano; Bernardi tasquer, baiuli de cherol, Bernardi borrel, Guillelmi amyl, G. sala, de cherol, Raymundi cherol et Petri malols, de turri, arnaldi gotmar, de cortuassil, Bernardi uiues, habitatoris appanuarum qui fuit de turri, et mei Raimundi de caborriuo, qui mandato notarii subscripti in predictis interfui et hec omnia et singula scripsi et in formam publicam redegi.

A. M. Llibre vert, fol. 12.

XCVII

26 desembre 1297. Ramon d'Urg: mort.

788.—Ramón d'Urg, morí a 26 desembre 1297 segons la inscripció de sa laura sepulcral (1) procedent del convent de Predicadors:

ANNO: DNI: M: CC: L: XXXX: V°II: U°II: KLS: IANUARII:

OBIIT: NOBILIS: UIR: Rus: DE: URGIO: DNS: DE: MATA: PLANA

(1) Un capitell d'una columna del claustre derrocat de Predicadors que porta en ses quatre cares la creu grega dels segells de dita laura autoritza creurer que seria enterrat en un lloc d'aquell claustre.

Eixa laura en la devastació de 1835 fou treta de dit convent i colocada en la cara interior, de la paret de la quadra de mules de Ramonet del Jan; d'on la retirá al vendre la casa son hereter, Armengol Ferrer, qui la vengué després al coleccionista d'antiguetats, Marqués de Sta. Maria on es conservada ara Ramon d'Urg constitui marmessors seus testamentaris al prior de Predicadors i a Guillem Fabre; el primé, ocorregué esser, en la mort del testador, Fr. Guillem Pagani, qui am dit comarmessor firma apoca a Ramon d'Alb, batlle

IIC

24 mars 1298. Pasquers: I Venda.

789.—De emptione portuum et pasturalium de ual merans, de roda, de lanos, de stornil, de speruer, de la losa, e de sobirá.

Nouerint uniuersi quod ego, frater Bernardus de sauina, pietenciarius monasterii populeti cisterciensis ordinis, et procurator, et sindicus constitutus cum instrumento publico a uenerabili fratre Guillermo, dei gratia, abbate ipsius monasterii et conuentu eiusdem ad uendendum et distraendum seu alienandum omnes portus et pasturas et redditus et omnia iura, que dictum monasterium habet et habere debet in comitatu ceritanie, et in quocumque loco terre ceritanie, scilicet: in portu de vayl merans cum suis terminis, et de roda, et de lanos cum suis pertinenciis, et in cunctis aliis locis terre ceritanie predicte, prout in dicto instrumento procuratorio quod uobis emptoribus infrascriptis trado lacius et plenius continetur; ex auctoritate et potestate mi data et atributa a predictis abbate et conuentu, attenta et inspecta utilitate et necessitate dicti monasterii, scilicet: quod dictum monasterium est multis et diuersis creditoribus obligatum, in magnis et diuersis pecuniarium quantitatibus sub usuris, et specialiter et signanter quare dictum monasterium emit medietatem, pro iudiuiso, castri seu uillle uocate de uinaxia et de uinellis cum terminis et pertinentiis et aliis omnibus ad ipsam medietatem pro indiuiso pertinentibus a Petro de anglerola, filio et herede nobilis uiri Hugueti de anglerola, pretio sexsaginta milium solidorum barchinonensium, quorum locorum altera medietas, pro iudiuiso, iam antea ad predictum monasterium pertinebat. Et in dicto monasterio non essent bona mobilia nec se mouentia de quibus possint

---

de Das i a son fill Ramón en 20 febré 1298, de tots els censos i redits de blat i diner, corresponents als bens que foren de dit senyó noble. (A. M. Perg. VIII° Kls. martii M.° CC.° XC.° Septimo). Com el cárrec de marmessor corresponia al prior i aquest fou renovat, en 19 maig 1299, el nou, Fr. Bern. Guillem constituí procuradors seus a Fr. P. Limat. Sotsprior de Predicadors de Puigcerdá i a Fr. G. Pagani, conventual dels Predicadors de Perpinyá, abdos *in solidum* per vendre i alienà els bens que foren de dit Noble. (Lib. Firmit. sabbato XIII Kls. madii, fol. 158).



Nouerint uniuersi
El Calvari (Llibre Vert)

solui dicta sexsaginta milia solida, nec etiam immobilia qué ita cum paruo incomodo dicti monasterii possint uendi sicut infra scripta:

Ideo consulte et ex certa scientia, nomine et auctoritate quibus supra, uendo, et trado, et quasi trado uobis P. Iouerii et Raymundo ferran, de podiocerdano, procuratoribus ad hec constitutis a Petro solaz et R. gaimir et B. blanchi et Petro de prato, consulibus, seu consiliariis uniuersitatis hominum uille podiiceritani, ementibus et recipientibus, nomine dicte uniuersitatis, et tibi notario infra scripto, similiter nomine eiusdem uniuersitatis et singulorum ex ea, recipienti, omnes portus, et pastures, seu pasturalia, siue paschua, uocatos et uocata, de uayl merans, e de roda, e de lanós cum uallis uocatis de estornel e de speruer, e de La losa e de Sobirá, ac cum omnibus eorum terminis, et pertinenciis, et iuribus eorumdem locorum, que sunt in terra ceritanie. Et dictus portus siue pascua que uocatur uayl merans affrontat in loco qui dicitur Rocha rubia, et in furno de calcada, et in loco de lanós et in serra de gualdur, et in podio perid, et in aqua que descendit de camporrels, sicut predicta aqua discurrit usque ad caput fluminis thetis. Et sicut ipsa aqua immiscitur in flumine thetis usque ad locum uocatum la bolosa; et sicut aque uersant, seu diriuantur, siue discurrunt infra dictas ualles; et infra predictas affrontationes sunt et includuntur predicta loca; siue ualles uocate de Estornel, e de Speruer, e de Losa, e de Sobirá.

Que loca uobis et dicti uniuersitati uendo et uendere uolo et intendo, et omnia et singula que dictum monasterium habet et habere debet in portibus, pascuis, et pasturis terre ceritanie, cum omnibus iuribus que dictum monasterium habet et habere potest, et debet, et consueuit habere et tenere in ipsis locis, portibus, seu uallibus, paschuis seu pasturis quibuscumque titulis, causis et donationibus integriter ac generaliter sicut melius, clarius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad utilitatem ac bonum et sanum intellectum dicte uniuersitatis et singulorum ex ea.

Cedendo tibi dicte uniuersitati hominum uille podiicerdani et singulorum ex ea, ac uobis dictis Petro Iouerii et R. Ferran et notario infrascripto, nomine dicte vniuersitatis et singulorum ex ea stipulantibus et recipientibus, omnia iura et actiones que et quas dictum monasterium, et dominus abbas, et ego, et ceteri fratres conuentus eiusdem

monasterii, habemus et habere possumus, et nobis et dicto monasterio competunt et competere possunt ac debent in predictis omnibus ac singulis que uendo dicte vniuersitati; et per eisdem aduersus quascumque personas, et in quibuscumque bonis et rebus, quibuscumque causis, modis et rationibus.

Constituendo inde uos dictos Petrum Iouerii et R. Ferran, nomine dicte uniuersitatis, ipsam uniuersitatem in rem suam propriam, dominos et procuratores contra omnes personas.


Hanc uero venditionem et cessionem de omnibus et singulis supradictis, et omnibus iuribus et actionibus, dicto monasterio et domino abbati et conuentui eiusdem monasterii competentibus et debentibus competere in eisdem et per eisdem, dicte uniuersitati hominum ville podiicerdani facio, pretio Duodecim millium solidorum melgonensium, que habui et recepi numerando in bona pecunia a vobis dictis Petro Iouerii et R. Ferran soluentibus et tradentibus mi, nomine uestro et ceretorum hominum dicte uniuersitatis de quibus per paccatum me teneo.

Renuncians excepcioni pecunie non numerate. Et recognosco eos uniuersos esse in maxima vtilitate dicti monasterii; scilicet in solutionem et satisfactionem dicti precii predicte emptionis dicte medietatis pro indiuiso ville seu castri de uinaxia et de uinellis; et sic de dictis omnibus Duodecim militibus solidis per paccatum me teneo, et super hac uendicione scienter renuntio illi legi qua subuenitur deceptis ultra dimidiam iusti precii.

Et si predicta, que dicte uniuersitati uendidi et cessi plus ualent, aut in futurum ualere possunt precio antedicto, totum illud plus ualens et ualiturum, gratis inter uiuos, dicte uniuersitati hominum podiicerdani et singulis ex ea et uobis, dictis Petro Iouerii et R. Ferran ac notario infrascripto, nomine dicte uniuersitatis et singulorum ex ea stipulantibus et recipientibus, dono et diffinio, nomine dicti monasterii et domini abbatis et conuentus, ex potestate mi attributa et data ab eisdem: et super hac donatione scienter et expresse renuntio illi legi dicenti «Donationem ob causam ingratitudinis posse reuocari», et alteri legi dicenti «Donationem excedentem summam quingentorum aureorum uel solidorum absque insinuatione presidis non ualere».

Promittens dicte vniuersitati et vobis dictis Petro Iouerii et R. Ferran, et notario infrascripto, nomine dicte

1.-Hospitalet
2.-Vall Mercader
3.-Costa d'Or
4.-Vall Cortal Romá
5.-Estany Lanós
6.-Riu de Font Viva
7.-Porté
8.-Coll de Pimorén
9.-Riu Carol
10.-Porta
11.-Curbassill
12.-Qués



13.-Riutés
14.-Pic de Carlit
15.-Estany Sobirá
16.-Estanys de Bayell
17.-Coll Roig
18.-Maura
19.-Belloc
20. Angustrina
21. Llivia
22. Estany Bolloses
23.-Estanys Pradella
24.-Font-Romeu

ELS PASQUERS

uniuersitatis et singulorum ex ea stipulantibus et recipientibus, quod ego, et dominus abbas, et conuentus dicti monasterii, et omnes succesores nostri faciemus dicte vniuersitati et singulis ex ea, omnia singula supradicta per me uendita, habere, tenere et possidere et eis vti libere et quiete in pace ab omni persona perpetuo. Quibus similiter omnibus et singulis supradictis tenebimur dicte vniuersitati et singulis ex ea, de leguali guirentia et de omni euiccione et sumptibus et de dampno et interesse si quos uel quid in causa uel pro causa euictionis, dictam uniuersitatem uel aliquos ex ea facere, sustinere uel pati contigerit pro predictis uel aliquo predictorum per me uenditorum; pro quibus omnibus supradictis et singulis attendendis et complendis et seruandis, ut dictum est, obligo dicte uniuersitati et uobis dictis Petro Iouerii et R. Ferran, et Notario infrascripto, nomine dicte uniuersitatis et singulorum ex ea stipulantibus, omnia bona dicti monasterii presentia et futura.

Et incontinenti constituo me et dictum monasterium et dominum abbatem et conuentum dicti monasterii, omnia et singula per me uendita nomine dicte uniuersitatis possidere uel quasi; donec in nomine et ad opus dicte uniuersitatis adepta fuerit plena et corporalis possessio uel quasi; que, nomine et ad opus dicte uniuersitatis, adipisci possit et retineri ex tum libere ad omnes uoluntates dicte uniuersitatis inde perpetuo faciendas per francho et libero alodio dicte uniuersitatis; saluo tamen vsu et adempriuo quod homines de Angostrina habent seu habere debent, et prout ipsis pertinet in predictis per me uenditis.

Preterea nos, dicti frater Bernardus de sauina, procurator seu sindicus dicti monasterii, et Petrus Iouerii et Raimundus Ferran, procuratores seu sindici in hac parte consulum seu consiliariorum predictorum uille podiicerdani, confitemur et recognoscimus uobis ad inuicem omnia supradicta esse facta, ordinata et tractata per illustrem dominum Iacobum, Regem Maioricarum, Comitem Rosilionis et Ceritanie et Dominum Montispesulani, volentem sui benignitate ac clemencia ponere concordiam et pacem inter dictum Monasterium populeti et uniuersitatem hominum podiicerdani, et imponere finem questionibus seu litibus que diu durauant inter dictum monasterium ex una parte et dictam uniuersitatem ex altera, ratione pasturarum seu portuum predictorum.

Actum est hoc, nono Kalendis aprilis anno domini M. CC. XC. VII.

Sig + num fratris B. de Sauina. et Petri Iouerii, et Raimundi ferran predictorum, qui omnia predicta laudamus et confirmamus.

Sig + num Arnaldi baiuli iudiciis illustris domini regis maioricarum predicti. Bernardi de collo de petrolata. Iacobi xatmar de malleolis. B. cantamissa filii G. cantamissa de codaleto. Raimundi de cuguls de podiocerdano et Laurentii plasensa, testium.

Ego Guillelmus de tapiis hanc cartam scripsi, mandato Laurentii plasensa, et rasi in VII. linea: de quibus possint; et in nona linea rasi uniuersitatis.

Laurentius plasensa predictus scriptor publicus propia manu subscripsit et hoc signum + fecit (1).

Llibre vert. fol. 9.

II. Ratificació.

790.—Nouerint uniuersi quod nos, frater egidius, dictus, abbas populeti; Andreas de timo, prior; frater bernardus franciscus, subprior; et fr. G. de oliola, celerarius maior; fr. G. den soler, celerarius minor; fr. P. de ferreres infirmarius pauperum; fr. bernardus de uilanoua, operarius; fr. bertolomeus lanuerisis, uestiarius; fr. bernardus de uilafrancha, sacrista; fr. G. de comalats, fr. lanuarius vicemagister conuersorum; fr. G. sancii, hostalarius; fr. bernardi de cariisuicis, sindicus; fr. bernardus sauina, pietenciarius; fr. R. de ripol, maioralis de pena fracta; fr. P. cuch, cantor; fr. Francisci de salas, magister nouitiorum;

(1) A més dels títols d'acquisició dels Pasquers ja notats en sos llocs, es trovan els seguents:

«A idus augusti MCLXXX regnant lo rey luys appar altra donació que fa a dit monastir de Stas creus de poblet que feu en Ramon girau del loch dit de la calma y pasturas que ell dit girau y son germa tenien so es de sobre enveig so es de gorells fins als pradells i fins a la montanya arriff y fins a font viua y fins als ortalls y fins a la font de *coma. lacta propi falta y dit treslat es al acte del treslat* de la donació fa lo senyor den veig. es tot ab senyal de C!, CII. CIII.

A XVIII de las calendas de octobre M. CLXXV en lo castell de rodes es altra donació a dit monestir de Stas. creus (de poblet) feta per pere de casa noua y sa muller dels ports pastures y boscatges y ayguas de ual marans sobirans y roda ab sos termes de angostrina saluo lo empriu als de Angostrina com mes largament appar ab lo acte lo qual es ab senyal de D.

Los demont dits sis actes son en lo Ermari dels pasquers en lo plech de n.° 72.

A. M. Capbreu Pasquers s. XVI.

fr. bertolomeus de colle, infirmarius monachorum; fr. G. de regali, fr. G de cabrera; fr. dominicus de pradis; fr. bernardus de ulmo; fr. bertolomeus de uals; fr. G. gras; fr. G. de serra; fr. Martinus de serra; fr. G. de fenur; fr. R. de munmagastre; fr. arnaldi de merles; fr. Petrus guerra; fr. R. batle; fr. arnaldus de ioual; fr. bernardus Marcho; fr. R. de mangons; fr. G. de uine; fr. arnarli marti; fr. P. czacirera; fr. Iacobus basil, per nos et totum conuentum monasterii populeti, inspecto quod dictum monasterium nostrum erat pluribus et diuersis creditoribus obligatum pro pluribus pecuniarum quantitatibus et specialiter et signanter pro pretio emptionis quo, nomine et ad opus dicti monasterii fecimus de medietate pro indiuiso castri seu uille de vinaya et de vinellis; que loca sunt satis prope dictum monasterium; quare expediebat nobis et dicto monasterio, ut ipsam medietatem pro indiuiso dictorum locorum emeremus et haberemus, tum ratione proprietatis et oportunitatis ipsorum locorum; tum quia altera medietas eorumdem locorum pro indiuiso pertinebat iam ad dictum monasterium et erat nostra et ipsius monasterii.

Prospecto etiam diligenter quod nec nos nec dictum monasterium habemus aliqua bona mobilia uel se mouentia de quibus possemus soluere sexaginta millia solidos barchinonenses, quorum pretio emimus medietatem pro iudiuiso dictri castri seu uille de vinaxa et de uinellis cum terminis et pertinenciis corumdem locorum; nec etiam habemus aliqua bona immobilia, que cum minori incomodo dicti monasterii uendi possint, sicut portus et pasturas siue pasturalia aut pascua uocata de ual merans, et de roda, et de lanós, cum vallis uocatis de stornel, et de speruer, et de losa, et de sobirá, cum pertinenciis eorundem: Ideo, habito super venditione facienda de eisdem diligenti tractato et deliberatione plenaria, atento quod nobis et dicto monasterio expediebat uendere supradicta, cum sint in terra ceritanie et sint multum longe et separata a nobis et dicto monasterio; et ideo modice utilitatis erat ipsi monasterio, ad uendendum predicta *Constituimus* procuratorem nostrum et dicti monasterii sindicum uel actorem, fratrem bernardum de sauina, pietenciarium dicti monasterii; qui ob utilitatem eminentem comoditatem dicti monasterii superius contentam, nomine nostro et dicti monasterii vendidit supradicte vniuersitati hominum podiicerdani et P. Iouerii et R. Ferran procuratoribus constitutis per P. solaç et R. Guazamir et P. de prato, et

bernardum blanch, consules uille podiicerdani et predictis consulibus et notario publico recipientibus nomine dicte vniuersitatis, pretio. XII. Milium solidorum melgonensium, que habuimus et recepimus et conuertimus in vtilitatem maximam dicti monasterii; scilicet in solutionem dicti pretii LX milium solidorum, quibus emimus medietatem pro iudiuiso castri seu uille de uinaxa et de uinellis.

Quare, viso et diligenter prospecto tenore instrumenti uenditionis facte per dictum fratrem B. saurna de predictis pascuis, pasturis, seu pasturalibus et portibus, et de omnibus iuribus que nos et dictum monasterium habebamus et habere debebamus in portibus, pascuis et pasturis terre ceritanie, eamdem uenditionem iuste et legitime et ob causam iustam predictam et obligationem quam pro euiccione et gerentia eiusdem uenditionis et sumptibus faciendis etiam causa euictionis pro predictis uenditis; et dictus frater bernardus nomine nostro et dicti monasterii de bonis ipsius monasterii fecit; et generaliter omnia et singula contenta in instrumento predicto prefate uenditionis facte de predictis per dictum fratem b. de sauina; per nos et omnes succesores nostros, laudamus, probamus et confirmamus et ratificamus integriter et generaliter, sicut melius, clarius et utilius dici, scribi et intelligi potest, ad utilitatem et comodum ac bonum et sanum intellectum vniuersitatis hominum uille podiicerdani et singulorum ex ea.

Promittentes tibi notario publico infrascripto, tamquam publice persone, nomine dicte uniuersitatis et singulorum ex ea, a nobis legitime stipulanti, quod omnia et singula supradicta tenebimus, seruabimus et complebimus; prout in instrumento predicte uenditionis per dictum fratrem B. de sauina promissa sunt; et numquam contraveniemus uel aliquam personam uenire faciemus.

Recognoscentes insuper et confitentes quod dictum monasterium in predictis seu aliquo predictorum non est lesum seu grauatum, ymo est conseruatum atque melioratum super uenditione predicta. Et ideo renuntiamus omnibus iuribus, quibus uenditiones facte minoribus, uel minus iustis preciis reuocantur seu reuocari posunt, et beneficio restitutionis in integrum, et omnibus aliis iuribus, vsibus et consuetudinibus scriptis et non scriptis, quibus contra predicta uel aliquid predictorum facere uel uenire possemus.

Promittentes insuper tibi notario infrascripto stipulanti ut supra quod nichil fecimus aut tractauimus, aut faciemus uel tractabimus occulte uel manifeste, quominus pre-

dicta uenditio dicte uniuersitati hominum podiicerdani ualeant uel infringi possint, seu in aliquo reuocari aut etiam infirmari. Et pro omnibus hiis et singulis supradictis attendendis et complendis obligamus dicte uniuersitati et tibi notario infrascripto, nomine dicte uniuersitatis et singulorum ex eo stipulanti omnia bona dicti monasterii.

Actum est hoc VII Kalendis iunii. Anno domini M. CC. XC. VIII.

Sig + num fratis egidii, Abbatis predicti. Sig + num fratris andree, prioris. Sig + num fratis bernardi francisci, subprioris. Sig + num fratis G. de oliola, celarii maioris. Sig + num fr. Guillermi den soler, celarii medii. Sig + num fr. G. de radio, celarii minoris. Sig + num fr. Petri de ferreriis, infirmarii pauperum. Sig + num fr. bernardi de uilanoua, operarii. Sig + num fr. bartolome ianuerisis, uestiarii Sig + num fr. bernardi de uilafrancha, sacriste. Sig + num fr. Guilelmi de comalatç. Sig + num fr. Ianuarii, vice magistri conuersorum. Sig + num Guilelmi sancii, hostalarii. Sig + num bernardi de cariis uicis, sindici. Sig + num fr. bernardi sauina, piatenciarii. Sig + num fr. Raimundi de ripolis, maioralis castri de pena fracta. Sig + num fr. Petri cuch, cantoris. Sig + num fr. Francisci de Salas, magistri nouitiorum. Sig + num fr. Bartolomei de colle, infirmarii monachorum. Sig + num fr. Guilelmi de regali. Sig + num fr. Guilelmi de caparia. Sig + num fr. Dominici de pradis. Sig + num fr. bernardi de ulmo. Sig + num fr. bartholomei de uals. Sig + num fr. Guilelmi Gras. Sig + num fr. martini de serra. Sig + num fr. Arnaldi de merles. Sig + num fr. Petri gerra. Sig + num fr. Raimundi batle. Sig + num fr. Arnaldi de ioual. Sig + num fr. bernardi march. Sig + num fr. Raimundi de mangonis. Sig + num fr. Guillelmi den uiner. Sig + num fr. Arnaldi marti. Sig + num fr. Petri czacirera. Sig + num fr. Iacobi basil; nos omnes qui hec laudamus et firmamus.

Sig + num Petri de muntblanch de uerduno. Sig + num G. de puig sadel de montagut.

Sig + num Bernardi leyader; testium.

Et post firma testium firmauerunt ad complementum dicti instrumenti seu contentorum in eodem, scilicet istorum qui secuntur: Sig + num fratis bernardi mir, porterii. Sig + num fr. P. de res. Sig + num fr. bernardi palmer. Sig + num fr. G. de bordello.

Ego Dominiens roselli, notarius publicus spelunce de franculino pro gratia Petri, rectoris ecclesie dicti loci hec

scripsi et supra scripsi in. XVI. linea ubi dicitur «terre». et in. XVII. linea ubi dicitur «frater», et in Kalendario ubi dicitur» CC». et meum Sig + num posui die et anno prefixis.

Llibre vert. fol. 11.

III. Paga.

791.—Bernardus sauina piatenciarius monasterii populeti ordinis cisterciensis, procurator sindicus seu actor contitutus ab abbate et conuentu eiusdem monasterii confiteor uobis G.° de isogoll G. de adacz. G.° de isauals (1) consiliariis ville podiiceritani uos michi soluisse nomine vniuersitatis ville podiiceritani illud debitum octo millium sol. melg. quod P. iouer R. ferran de podiicerdano procuratores seu sindici constituti a P.° solacz et R.° goamir. bern.° blanch et. P. de prato olim consulibus seu consiliariis dicte vniuersitatis mi confessi fuerunt debere cum carta qui remanebant ad soluendum mi ex illis duodecim millibus sol. melg. quorum precio ego tamquam sindicus et procurator dicti monasterii feci vendicionem dicte vniuersitati hominum podiiceritani et. P.° iouer et R. ferrandi predictis nomine eiusdem vniuersitati de omnibus portubus et pasturalibus pasturis seu paschuis vocatis de valmerans de Roda et de Lanos et de vallibus uocatis de estornel et de esparuer et de losa et de sobira ut in carta dicte vendicionis continetur. quorum duodecim milium sol. predictorum iam habueram et receperam ab illustri domino Rege maioricarum. m. m. m. m. sol. melg. Et restituo uobis in presenti cartam predictam dicti debiti octomilium sol. melg. Et quare sumus pacati absoluo uos nomine meo et nomine procuratorio predicto et dictam vniuersitatem et dictos. P. iouer et. R. ferran de omnibus predictis duodecim milibus solid. faciens pacta. volens quod dicta carta dicti debiti octomilium sol. sit cassa et trado uobis instrumentum laudimii dicte vniuersitati facti ab abbate

(1) Als tres consols aquí citats falta el quart, Joan Blanch, que junts en 2 agost proxim pagaren 157 s. melg. a Arnau Florencza, fill de Arnau, de Puigcerdá per rahó d'un camp comprat a ell per axamplá l'estany. (Lib. Firm. 1298, Sabbato IIII.° nones augusti) fol. 22.

et conuentu dicti monasterii de vendicione predicta per me facta de predicta per me facta de predictis.

t. ja. de taltendre capellanus de err. P. gisclauar. G. P.i de podiocerdano. R. picher decz vabosel. G. alegre de palmanyll (1).

A. N. Lib. Firm. 1298, Domca, IIº nonis iulii, fol. 6.

---

(1) Feta la compra per Puigcerdá al Monestir de Poblet dels ports i pastures de valmerans, Roda i Lanos am les valls de Estornel, Esparuer, Losa i Subirá, els homes de Llivia enjegaven el seu bestiar a les pastures de *Bones-ores, bolosa, calcada, sobirós, roda ortels, cardit i colomer*, pretenent tenir-hi adempriu; pero'ls de Puigcerdá en virtud de la compra els hi prohivian. Acudiren els de Llivia al rei de Mallorca *afirmant i assegurant* que ells *tenian i acostumaren teni allá* adempriu i lograren d'ell una carta contenint tal afirmació que ells mateixos asseguraven teni adempriu i us d'engegá els seus bestiars en dits llochs; i en virtud d'ella Fr. Jaume de Olers, del Orde del Temple, Procurador del rei de Mallorca n'expedí lletres exequtories de concessió.

Com els de Puigcerdá negaven que'ls de Llivia tinguessen tal us de adempriu el rei senyalá dia per comparexer junts els de Puigcerdá i'ls de Llivia per aclarir-ho: els de Puigcerdá hi compareguer pero els de Llivia *no*, ans be aquell dia se'n *anaren* als llocs dits am els seus bestiars hont pretenian teni adempriu.

Per tant com el predit fr. Jaume de Olers hagués volgut i concedit que'ls homes de Llivia engeguessin el bestiar a dits llocs sens haver fet coneixença avans de lo predit, fentho a *manamen* i a concessió d'ell els homes de Llivia, i com maná als consols que ells i la universitat de Puigcerdá no impedissin ni prohibissin als de Llivia l'us i adempriu de engegarhi el bestiar ans be'ls hi permetessin tenirli i engegarli, els consols de Puigcerdá: R. Ferraris i Ar. veciati *en nom* propi i dels seus consocis compareguer devant Fr. Jaume de Olers, li digueren que aquell seu manamen predit, *salva eius gracia*, era inicu et injust, que devia cessá en éll i li suplicaren que ho fes: de lo qual manaren fer public instrumen el dia susdit 3 juny 1299. (Lib. Firm. 1299, Mercuris IIIº nonis iunii fol. 199.)

Puigcerdá retingué el domini util dels Pasquers fins a la guerra de succesió, en que degué vendrels per pagá els gastos de la ocupació de la vila per la tropa francesa, 1707-1713: els *comprá* D. Francisco de Pont, doncell d'Osseja, ciutadá honrat de Barcelona.

«En lo llibre titulat «Sal.equel, Pasquers i Bolquera» del A. M. se trobará negocis de importancia tant per la iuridiccio civil i criminal de Saltequel com també per lo util de Pasquers y termes e montanyes de la vila» Ca de Mostra, fol. 21. V.º

IC

1 maig 1298. Llibre vert: Exordi; noticia.

732.—*Incipit liber priuilegiorum uille podiicerdani.*

Quoniam humane nature conditio, interius et exterius prothoplausti rubigine sauciata, obliuiscitur continue quesciebat ad euitandum lapsum memorie ut per ipsam memoriam, mediante scripturarum serie, necessaria et utilia negocia rationabiliter et comode inueniantur et habeantur: Ego Matheus de Oliana de podiocerdano ad instanciam et preces consulum podiicerdani coriarium siue repertorium in istius libri uolumine super transumptis instrumentorum, priuilegiorum et litterarum ville siue uniuersitatis podiicerdani, vt quod alibi cum difficultate inueniretur hic ad perpetuam rei memoriam habeatur, in hunc modum scribi feci et inseri nominatim. Kalendas madii anno domini Millesimo Ducentesimo, Nonagesimo octauo.

Llibre vert. (1) fol. 1.

---

(1) El *Llibre vert*, així nomenat del color de les cobertes i de tal inscripció en elles, forma un quadern de 18 × 25 ctms., de 25 fulles en pergamí, on van copiats privilegis i cartes reials, am un plec de papé comú, on son continuats els juraments prestats pels oficials desde 1539 a 1617.

Item conquerimur quod, singulis annis, faciunt collectas, questias, exactiones hominibus nostris quos habemus franchos aput Seviz et aput Anes et in podio de Anurri et in valle de Argolel et in uno manso juxta Custodiam et in hominibus nostris de Laorto et de Castelione et in hominibus nostris de Meranges et in aliis clericis et laycis juxta honorem suum positis; et hoc fecerunt a tempore mortis A. de Castrobono et abstulerunt eis, singulis annis extunc, valens plus quam C aureos.

Item fecerunt dirui pontem per quem intrabatur ad Sedem et prohibent hominibus suis et aliis ingressum ville Sedis.

Item conquerimur quod injuste, a tempore mortis A. de Castrobono, retinent et reddere contradicunt castrum nostrum de Nargo, cum terminis suis et redditibus universis, quos extimamus valuisse, postquam ipsi tenuerunt, XX milia solidorum, et castrum de Seviz, cum terminis et redditibus suis, qui valuerunt plus quam XX milia solidorum, preter castra et servicia eorumdem.

Item conquerimur quod fecerunt munitionem super ec-

clesiam de Pontibus injuste, que est alodium nostrum in introitu vallis Andorre; et auferunt transeuntibus inde leudas et alia que volunt nec etiam volunt dare nobis potestatem nec homines sui permiserunt nos introire ad hereticos capiendos.

Item auferunt nobis ecclesiam et vallem de Organiano, cum terminis suis, que est alodium nostrum, et faciunt ibi munitionem, in dampnum ecclesie nostre, et faciunt questias et exactiones hominibus ecclesie de Organiano, singulis annis, que excedunt C aureos: et petimus totum Organianum sicut nostrum, ubi, contra voluntatem nostram, faciunt villam et forum, in quo dampnificati sumus nos et nostri homines in valens ultra M aureos.

Item homines de Adraen interfecerunt quemdam hominem nostrum in nemore infra treugas.

Item homines de Estamarid percusserunt et vulneraverunt homines nostros de Turribus, infra treugas, et habuerunt predam de castro.

Item ipse Rogerius abstulit cuidam homini nostro de Cosco somatas bladi.

Item G. Ysarn et sui, cum consilio et auxilio hominum terre comitis et R. de Foix, ceperunt homines ville Sedis, quos fecerunt redimi MM solidorum, quos in terra eorum reduxerunt et sustinuerunt eos quamdiu nobis malum fecerunt.

(f.° 7) Item, cum essemus in terra eorum aput Eguils, causa visitationis, homines illius ville insurregerunt *(sic)* contra nos cum armis et expugnaverunt in quadam domo nos et familiam nostram, volentes interficere nos et vulneraverunt quemdam filium militis, consanguineum nostrum, quam injuriam nollemus sustinuisse pro mille marchis argenti.

Item auferunt debita nostris hominibus et ea que sibi crediderunt.

Item, racione leude, marcant et spoliant nostros homines in via publica juxta Estamarid et juxta Pontes et juxta Nargo, in quo dampnificati sumus nos et homines nostri in D aureis et amplius; et tamen, in pactis inter nos et ipsos factis, habetur quod leudam ab hominibus nostris non accipiant.

Item auferunt nobis castrum de Terracza, de Aravel, retinendo homines ipsius castri in castro suo de Belestar et auferunt nobis decimas ipsius castri et molendina de Civitate et XXII terras in terminis Sancti Stephani.

Item auferunt nobis VI sextarios ordei censuales et medium multonem aput que sunt janitoris.

Item auferunt nobis unum mansum apud Estamarid, qui dicitur Ylatge, et decimas unius vinearii de Estamarid, quod dicitur Costatota.

Item auferunt nobis in villa de Seviz mansum Arnaldi Petri et in villa de Tor mansum Johannis Ysarni; in Dialp, mansum Guillelmi Durandi; in Cabaod, mansum Petri Durandi; in Avelaned, mansum Large manus.

Item conquerimur quod fregerunt XX.i ecclesias in Palearíis et asportaverunt omnia bona ecclesiarum et clericorum que intus erant, que valebant plus quam X milia solidorum, que petimus eis restitui et nobis penam sacrilegiorum exsolvi.

Item ipse comes interfecit ibi quemdam presbiterum aput Tornafort.

Item fregerunt in terra Gaucerandi de Pinos VII ecclesias et asportaverunt libros et ornamenta ecclesie et omnia que intus erant, que extimamus D aureos, que petimus eis restitui et nobis penam sacrilegiorum exsolvi.

Item sustinuerunt et receperunt in terra sua, cum predis nostris, A. de Castellis qui, cum hominibus suis, abstulit nobis offerentibus ei directum, predas vallis de Tost, et homines captos et predas Montisferrarii et de Argolel et de aliis locis nostris, que quidem valebant plus quam X milia solidorum et, cum vellemus malum facere in suo castro de Salent, ipsi prohibebant, accipiendo potestatem ipsius castri; et omnia malefacta que fecit nobis A. de Castellis fecit cum hominibus comitis et R. de Foix, scilicet: cum hominibus de Aguilar et de Castrobono; et interfecerunt unum hominem nostrum de plano Sancti Tirsi; et cum nostris hominibus captis redierunt ad Castrumbonum; et predas quas habuerunt de Monteferrario habuerunt in treugis quas R. de Foix nobis dederat de eo et suis valitoribus.

Item, sub treugis quas dominus G., electus Terrachonensis, nobis dederat, suspenderunt unum hominem (f.° 7.vo) ville Sedis et alterum interfecerunt, juxta Sanctum Andream, qui insidiabantur A. de Castellis qui nobiscum guerram habebat.

Item conquerimur quod, in fide et treugis quas nobis dederant comes et R. de Foix, anno Domini MCCXXXVIII, juxta Baliram, in presencia P. de Vilamur et G. de Belera et G. de Urgio et multorum aliorum, homines et R. Lorder

abstulerunt R.e de Solans de Archis duos boves et unam vacam et asinum, et valebant boves LXXX solidos et asinus XXX, et redimit vacam ab eis pro XXV solidis; et abstulerunt ei alias res valentes XV solidos, set pro asino reddiderunt ei unam vacam que non valebat X solidos; et hoc fuit in septimana post Pentecosten.

Item conquerimur quod, eodem anno in sabbato post festum sancti Michaelis, in treugis illis, homines de Taus vulneraverunt ad mortem B. Borrel de Archis et abstulerunt ei unum asinum, valentem XXX solidos et XII bestias minutas, valentes XXXVI solidos et alia que valebant VIII solidos.

Item conquerimur quod, eodem anno et sub eisdem treugis in sabbato adventus Domini, G. Tauler, bajulus de Nargo, cepit III homines de Archis, scilicet: B. Olemar et filium suum et B. d'en B. Borrel, quorum duos tenuit captos VIII diebus et fecit unum redimi V solidos et abstulit eis quedam, que valebant X solidos.

Item conquerimur quod, infra dictas treugas, homines R. de Foix vulneraverunt P. de Conilar et abstulerunt ei arma sua et F. de Cza Carrigera arma sua.

Item, infra dictas treugas, comes et R. de Foix fecerunt violenter sibi parari necessaria aput Organianum, cum CXXX equitaturis.

Item conquerimur quod R. de Foix, infra dictas treugas, abstulit hominibus nostris de Casteyllo L solidos.

Item conquerimur quod, infra dictas treugas, dictus R. deFoix et homines sui apposuerunt ignem et combusserunt duos mansos nostros in valle de Tost et Cerchedam et Argolel et mansos de Aurem; et fregerunt molendina Petri de Pineis, que sunt aput Vemilles; et abstulerunt cuidam homini nostro de Pinals LXX solidos et fecerunt multa mala hominibus nostris de Merangis.

Item conquerimur quod homines de Castrobono, in dictis treugis, impugnaverunt et vulneraverunt homines Sedis super oblatione juris, persequendo eos et clamando ad mortem et interfecissent eos si potuissent; et hoc fuit quando homines Sedis veniebant de pignore quod fecerant aput Salent.

Item, anno Domini MCCXXXVIIII, R. de Foix dedit nobis treugas usque ad festum Pasce, et post festum essent X dierum, quas treugas dedit nobis R. de Foix, ore ad os apud Sanctum Fructuosum, presentibus G. et R. de Belera et A. de Saga et G. Assalid et multis aliis; et, infra

dictas treugas, in die jovis ante festum Pasce, G. Tauler et homines de Nargo ceperunt XI bestias grossas de (f.° 8) G. et P. de Sodribes de Archis, valentes CXX solidos, et ceperunt L bestias minutas de R. de Torroela et XXX bestias minutas de P. Guitard, que valebant CLX solidos, et ceperunt quedam alia, que valebant XV solidos, de quo conquerimur.

Item conquerimur quod, infra treugas illas, die veneris post festum Pasce, R. de Foix cucurrit ad Sedem et interfecit ibi XXVI homines et multos alios vulneravit et cepit P. G.i et habuit inde predam et combussit villam nostram de Boxadera et habuit quicquid erat ibi; et, preter dampnum et strages hominum, extimamus injuriam et obprobrium plus quam mille marchas argenti.

Item conquerimur quod, sequenti die sabbati, sub eisdem treugis, cepit, destruxit et combussit castrum nostrum de Sancto Tirso; et vulneravit homines et occupavit omnia bona sua et fregit ecclesiam et extraxit quicquid erat ibi.

Item, sequenti die lune, sub eisdem treugis, cepit, destruxit et combussit castrum nostrum de Anurri et vulneravit homines et occupavit omnia bona sua.

Item, sequenti die martis, sub eisdem treugis, venit ad Sedem et habuit predam aliquam et quasi obsedit eam.

Item conquerimur quod in treugis quas vos, domine archiepiscope, cepistis et dedistis pro R. de Foix aput Ulianam, statim idem R. de Foix, in reditu suo, fregit ecclesiam de Organiano et traxit inde vinum P. de Salent et alia que ibi erant et cepit inde claves ecclesie et posuit bajulum, cui commissit eas et eccleslam, quam adhuc detinet, et fecit colligi redditus ecclesie et ejecit inde R. de Rialb, priorem.

Item, sub eisdem treugis, homines Rotgerii ceperunt duos homines de Archis.

Item cepit Arbertum de Gerul, hominem nostrum, et res suas et aliorum hominum quos ecclesia ibi habet; et hoc fecit super oblatione juris et contra comunimentum nostrum.

Item homines dicti Rotgerii combusserunt, in dictis treugis, bladum P. de Pineis apud Sanavastre.

Item A. de Castellis abstulit hominibus nostris de Laorto V bestias grossas et cenam.

Item abstulerunt quidam homines vestri R. Geraldi de Sede II sextarios et eminam frumenti et quedam alia.

Item B. de Saltone qui in treugis erat cum militibus et hominibus vestris concurrerunt ad castrum nostrum de

Aqua tepida et vulneraverunt et ceperunt homines nostros et abstulerunt eis predam et alia que valebant plus quam XV milia solidorum.

Relations des Comtes de Foix avec la Catalogne...
vol. II. pág. 100.

XXXIII: pág. 236 n.º 287

24 juliol 1260. Puigcerdá: Batllia.

817.—R. de pompeiano vicarius ceritanie et confluentis profiteor et in veritate recognosco. nomine. meo et nomine poncii. tibi. P. ripolli quod tu uenisti mecum ad computum de omnibus et singulis receptionibus quas pro me et nomine meo et nomine ponci g. de uilla francha et loco et uice nostri. tamquam baiulus uel alia qualibet ratione. recepisti habuisti de baiulia podiiceritani et ratione illius, isto anno nunc proxime transacto usque ad festum sti. Iohannis iunii proxime peruenturum. et fuit summa dictarum receptionum octo Milium. VIII. sol. III. denar. melg. inter omnes quaslibet receptiones. Que. VIII. milia VIII. sol. III. denar. profiteor me habuisse et recepisse a te et de illis sum bene tui pacatus. renuncians excepcioni denariorum non habitorum et non receptorum. et omnis ex epcionis profectui. et in summa persolutionum et dacionum predictorum denariorum sunt. D. sol. melg. quos tibi dedi pro tua retrodecima quos habeo pro receptis et de illis sum bene tui paccatus. Item recognosco tibi me tibi dedisse generose et libenter XXX sol. melg. ultra dicta VIII. milium VIII sol. III denar de quibus si illa recepisti ultra illam summam. non possim te conuincire in iudicio siue extra immo hos illos ex meo proprio dono. et de omnibus predictis et singulis facio te quitium et absolutum. nomine meo et nomine dicti P. G. i et tradidisti mi rescriptum datorum et receptorum.

t. R. uitale. b. de bean. P. de rippa. P. r. ross. A. p. R. de taltendre. A. cog. R. G. i de lora et R. de pratis. (1)

Lib. Extr. 1260, VIIII. Kal. augusti, fol. 11.

---

(1) Al acabarse aquesta impresió s'ha trovat en l'hort del Artisó una moneda de Marc Aureli, a. 161-180: document preciós que deu figurá am l'ara romana de pág. 80: doncs abdós revelan l'habitació humana d'aquella época en el Montcerdá.

18 juny 1267. Serrateix: alous a Cerdanya.

Instrumentum laudationis iurium abbatis de serrateix

818.—Hoc est exemplum bene et fideliter csane sumptum a quodam publico et authentico instrumento in membrana exarato non viciato non cancellato neque in aliqua eius parte suspecto sed ab omni prorus vitio et suspicione carenti tenoris sequentis:

In dei nomine et eius gratia nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi quod cum Ego Bernardus fateii de villa francha Confluentis datus ab illmo. domino Iacobo dei Gratia Aragonum Rege pro negotio questionum feudorum in partibus Confluentis Ceritanie riuipolleni valle de prats et vicarie Campirotundi auctoritate commissionis mee et nomine domini Regis predicti potestatem in iudicio sub examine Raimundi de morerio prepositi lileteni iudicis a dicto domino rege in eodem negotio assistenti partibus supradictis a vobis Benedicto dei miseratione Abbate serratexeni vrgellen diocesi et conuentu et monasterio eiusdem villas de soriguera et de soriguerola cum hominibus et mulieribus et eorum pertinentiis et duos mansos quos habetis in terminis de tholone apud caborriu quorum vnus vocatur mansus den sala et alius mansus de Cerda, et tres quartallos bladi quos annuatim accipitis in manso ferrarii devrs de Ceneya et in manso petri de meneya quondam et tres mansos quos habetis et tenetis apud horts in parrochia sancte marie de talone quorum vnus dicitur Mansus arsendis de horts et alius den Cerda et alius den Gafro et sex quartallos bladi quos accipitis annuatim apud boluir in manso qui dicitur den oliba, et duos quartallos bladi quos accipitis in manso qui fuit de na. G. Et tertiam partem cuiusdam mansi quam habetis in parrochia de cza parera qui dicitur mansus de. cza canal, et medietatem quam habetis in duabus mansatis apud valieuam quarum vnam tenet bernardus de canals et aliam petrus bernardi el vnum bouam (bordam) quam habetis apud olp, quam pro vobis tenet Sibilia quondam villarii capellani sancte Eugenie. et quasdam terras quas pro vobis tenet bernardus guizan apud anaz et duos quartallos bladi quos vobis facit annuatim Raymundus armengou de albos (Alp) et

vnum quartallum ciuate et quindecim denarios quos vobis faciunt pro censu dominus Raymundus Ermengou et Petrus de torrente parrochie eiusdem et tertios quos dictus Petrus de torrente de Albos vobis prestare et facere tenet pro his que pro vobis tenet apud albos. Et (duos quar)tallos bladi quod accipitis annuatim in manço Bernardi de feus et medium quartallum bladi quod accipitis in manso den P(etri den) feus et vnum mansum quem habetis (apud) vilangoli qui vocatur mansus Petri pelegrini(et)tres quartallos bladi quos accipitis annuatim apud vilangoli in mansis Petri maria et Guillermi stephani et Petri Bouina et quoslibet alios census quos recipitis in mansis Bernardi de Codines et den solich et vnum sesterium bladi quem accipitis annuatim in Canonica sancte marie de talone et quendam mansum quem habetis apud Baltarga qui vocatur mansus de Cosales, et vnum quartallum bladi quem accipitis annuatim (apud) Tartera in manso Bernardi de tartera, Et quendam mansum quem habetis apud mosoylls qui dicitur den Alberch et vnam bordam quam habetis in villa de Albe quam tenet pro vobis Guillermus de noguers Et terciam partem vnius mansi quem habetis apud Paladell qui vocatur den foguet, Et quosdam census quos annuatim accipitis apud Angostrinam mansi Petri de Riuo et den terrul de Cereia et Guillermi de fonte de vilanoua et den bonadona de Angostrina domino regi adiudicatis, pro eo quia cum predicta sint et fuerunt de feudo domini regis et suorum predecessorum fuerunt in dictum monasterium alienata et transportata domini regis et suorum predecessorum concensu. In requisito atque litem contestando in iudicio nomine dicti monasterii et conuentus vestri responditis et concessistis vos et dictum monasterium tenere et possidere omnia supradicta in locis predictis et eadem fuisse in dictum monasterium alienata et transportata, negauistis tamen predicta esse in feudo domini regis, proposuistis etiam in deffensionem vestram et dicti monasterii asserendo predicta omnia et singula fuisse dicto monasterio collata et data pro francho alodio et immuni quedam de predictis ab illustribus Comittibus et Commitissis Ceritanie et quedam alia a quibusdam fidelibus qui non erant castelani, baiuli vel feudatarii domini regis. In eisdem proposuistis etiam monasterium vestrum et vos et predecessores vestros tenuisse et possedisse omnia supra dicta et singula pro alodio francho et immuni spacio Centum Annorum et amplius et etiam tanto tem-

pore quod non est ad memoriam hominum; (ad probandum) quod Guifredus dei Gratia Comes Ceritanie dedit Elisabet uxori sue Comitisse Ceritanie pro Alodio ad suam voluntatem faciendam villas de soriguera et soriguerola cum omnibus suis pertinentiis produxistis in iudicio quoddam instrumentum quod incipit In nomine dni Guifredus Dei gratia Comes et finit ante regnante rege Henrico. Item ad probandum (quod) Elisabet Comitissa Ceritanie cum voluntate Guifredi Comitis Ceritanie viri sui dedit monasterio de serrateix villas de Soriguera et soriguerola cum omnibus eorum pertinentiis et iuribus (produ) xistis quoddam instrumentum quod incipit In nomine dni Ego Elisabet Dei Gratia Comitissa et finit ante signa regnante Eurico Rege quod quidem instrumentum erat subsignatum et laudatum per Guifredum Comitem virum suum. Item ad probandum quod Seniofredus Iopardi dedit monasterio de serrateix pro Alodio mansos de Caborriuo in terra de Toleni (Talló) produxistis quoddam instrumentum quod incipit In nomine dni Eterni Saluatoris nostri Ego Seniofredus Iopardi et finit ante signa regnante Henrico rege. Item ad probandum quod Raymundus Saulani dedit dicto monasterio pro Alodio illa que dictum monasterium habet apud Albos produxistis quoddam instrumentum quod incipit In nomine Dei Eterni Ego Raymundus saulani et finit aute Calendarium donatione vel Elemosinaria. Item ad probandum quod Bernardus de sancto Iohanne dedit dicto monasterio alodium quod pro dicto monasterio tenebat apud vilangoli produxistis quoddam instrumentum quod incipit notum sit omnibus quod Ego Bernardus de sancto Ioanne et finit ante incarnationem quam temporalium inperpetuum facimus. Item ad probandum quod Raymundus oliba de boluir dedit dicto monasterio illud quod dictum monasterium habet apud boluire pro Alodio produxistis quoddam instrumentum quod incipit Vniuersis notum sit hominibus quomodo Ego Raymundus oliba de boluir et finit chalendarium facta est ista carta donationis. Item ad probandum quod ea que dictum monasterium habet apud mosoll et apud Ceneya habuerit et tenuerit pro Alodio produxistis duo instrumenta quorum vnum incipit Sciant Cunctis audientibus et finit ante chalendarium omni tempore, aliud vero incipit notum sit omnibus hominibus quod Ego Raymundus de Enueig et finit ante chalendarium sed in duplo componat, quod instrumentum erat laudatum et subsignatum per Illustrissi-

mum Ildefonsum bone memorie quondam regem Aragonum. Item ad probandum quod illud quod dictum monasterium habet apud vilanoua pro Alodio produxistis quoddam instrumentum quod incipit In christi nomine hec est sacramentalis condicio et finit ante chalendarium tam nostra quam testium Corroborauistis. Item ad probandum super manso de Caselles quem dictum monasterium habet in parrochia de baltarga produxistis quoddam instrumentum quod incipit In nomine domini Ego Seniofredus et uxor mea doda et finit ante chalendarium facta ista Charta Elemosinaria. Item super illo quod dictum monasterium habet apud Alb produxistis quoddam instrumentum quod incipit si famulorum meritis iuste compellimur et finit ante chalendarium Eternam firmitatem. Item ad probandum quod (Petrus Ray)mundi dedit dicto monasterio pro a(lodio de eo) quod habet in anas et olia produx(istis) instrumentum quod incipit In nomine domini Ego Petrus Raymundi et finit ante chalendarium facta ista charta donationis vel elemosinaria. Item ad probandum super mansum de mosoll produxistis quoddam instrumentum quod incipit Notum sit ceteris hominibus et finit ante chalendarium non hoc valeat vindicare sed secundum legem componat. Item ad probandum quod Raymundus Comes Ceritanie dedit dicto monasterio pro Alodio locum et mansos quos habet apud chortis (Cortás) produxistis quoddam instrumentum quod incipit si famulorum meritis iuste compellimur et finit ante chalendarium facta ista Carta donationis vel elemosinaria. produxistis etiam in iudicio dotalias monasterii serratexensis in quibus confirmabantur dicto monasterio omnia supradicta et singula pro alodio francho quarum vna incipit scripturarum series declaratur et finit ante chalendarium et fratri suo auctoritate Episcopi; alia vero incipit reuerencia diuini cultus et finit ante chalendarium Actum est hoc titulum dotis: que quidem omnia instrumenta superius producta et allegata ostendistis in iudicio pro publicis et veris ad ostendendum immunitatem et longam possessionem omnium predictorum et singulorum in libello contentorum: qua responsione habita et dictis instrumentis diligenter lectis et intellectis, habita deliberatione pleniori et tractu cum sapientibus et aliis hominibus antiquissimis, et perscrutatis et diligenter requisitis capbreuiis antiquis, registro regio, fama gentium et vniuersis aliis probationum aminiculis non potui aliqua cetera inditia seu probationes reperire per que predicta vel eo-

rum aliqua apparere(nt) feudo domini regis subiacere maxime cum predicta non fuerint empta vel adquisita a baiulis, Castelanis vel feudatariis domini regis in predictis, nec etiam sint sita predicta vel eorum aliqua infra limites alicuius Castri, feuda domini regis, nech in loco sui realench. Et cum haberem defficere in fundanda domini regis intentione super proposita questione cum aliquid in contrarium probare non possem, recepi compositionem a vobis nomine domini regis Et vt laudarem et confirmarem vobis et dicto monasterio et conuentui eiusdem predictas villas de soriguera et soriguerola et omnia alia predicta et singula pro francho alodio et immuni; quoad dominum regem et omnes successores suos dedistis et soluistis mihi nomine domini regis, et inseruierunt eiusdem, tres Centos quadraginta solidos melg. bonis. In quibus renuntio exceptioni pe(cunie non) numerate donans et remitens vobis (nomine) domini regis quicquid eidem plus a(d om)nia competeret et pro laudimio predicta auctoritate Comissionimee, de consensu et uoluntate Raymundi de morerio pres positi supradicti, iudicis a dicto domino in negotio feudorum assignati, per dominum regem et successores suos laudo concedo corroboro et confirmo imperpetuum vobis prenominato Benedicto abbati serratexensi et monasterio et conuentui eiusdem et omnibus successoribus vestris pro francho et libero Alodio et immuni ad omnes vestras voluntates faciendas perpetuo predictas villas de soriguera et de soriguerola cum omnibus earum pertinentiis et predictos mansos census et reditus cum hominibus et mulieribus presentibus et futuris et redemptionibus hominum et deffensionibus eorundem. Ita quod predicta omnia et singula habeatis et teneatis vos et dictum monasterium et conuentus eiusdem et successores vestri imperpetuum cum hominibus et mulieribus censibus vsaticis seruitiis agrariis dominationibus et iurisdictionibus, questiis, tallis, forciis, placitis, iuris firmamentis, accapitis, adempriuis, seruitutibus, terris cultis incultis et heremis, aquis, siluis, paschiuis, nemoribus, montibus, planiciebus, pratis, deuesiis, et garriciis, pro francho et libero alodio vestro et immuni, quoad dominum regem et omnes successores suos; Saluo tamen censu et alberga quem et quam dominus rex recipit et recipere debet in villis de soriguera et soriguerola et in suis terminis, Et saluo omni alio censu si forte posset probari dominum regem debere vel consueuisse recipere in predictis vel in aliquo de predictis

vobis et dicto monasterio laudatis: ne vero super predictis vel aliquo eorundem teneamini vos vel vestri successores amodo ratione questionis feudorum domino regi vel suis successoribus vel alicui alii nomine ipsorum respondere, facio vobis et dicto monasterio et successoribus vestris nomine domini regis et suorum successorum firmum et irrevocabile pactum de Cetero non petendo et de non reconueniendo, absoluens vos et dictum monasterium et successores vestros nomine domini regis et suorum successorum a petitione omnium predictorum. Quod est Actum decimo quarto chalendis iulii anno a natiuitate domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo. Sig + num Bernardi fateri prenominati qui hec firmo et laudo et auctoritatem domini regis presto. Testes sunt Andreas den march, Ionnes de Adam, Arnaldus Ilobeti, Iohannes struch et ferrerius de vlmus. Raymundus ameill notarius publicus constitutus a domino Iacobo Dei Gratia rege Aragonum in conficiendis instrumentis et vniuersis rescriptis negotii feudorum hec scripsit et aliud consimile instrumentum apposuit in registro die et anno prefixis.

Sig + num francisci mulnell auctoritate (regia) notarii publici Barcinone testis.

Sig + num Petri Iohannis Garau auctoritate (regia) notarii publici Barci(none qui) huiusmodi exemplum ab eius originali (bene et fi) deliter extractum et cum eodem veraciter (de verbo in ver) bum comprobatum collationatumque et tes(tifica) tum vt supra patet scribi fecit et ex licentia et auctoritate per honor. regentem vicariam Bar(cino)ne proinde sibi concessis atque impensis clausit siue subsignauit die XIII mensis Aprilis anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo et sexagesimo.

Trasllat.

A. M. Proces de Serrateix, fragment, 2ⁿ. doc. pág. 2. Vª

ESMENEU

Pág. 53, ralla 3 diu Osseja, Nahuja. Ha de dir Osseja, Barbuja, Nahuja.

Pág. 58, ralla últ. diu 349. Ha de dir 219.

Pág. 62, ralla 31 diu leccio. Ha de dir lumna.

Pág. 112, ralla 29 diu Coborriu. Ha de dir Caborriu.

Pág. 117, ralla 7 diu Lerida. Ha de dir Lerida. M. H. c. 335. III.

Pág. 118, ralles 16 i 18 diu Zencurrio. Ha de dir Canturri?

Pág. 119, ralla 20 diu drer. Ha de dir dres.

Pág. 123, ralles 13 i 16 diu Torba. Ha de dir Corba.

Pág. 124 ralla 14 diu 111. Ha de dir 113.

Pág. 128, ralla 21 Esglesia. Ha de dir Esglesia de Sta. Maria.

Pág. 131, ralla 20 diu consagra. Ha de dir dota.

Pá5. 132, ralla 4 Ha de dir 9 febrer 958.

Pág. 134, ralla 16 diu 891. Ha de dir 801.

Pág. 139, ralla 28 diu Sant Jaume. Ha de dir Sant Germá.

Pág. 141, ralla 6 diu Turba. Ha de dir Corba.

Pág. 149, ralla 20 diu 1035. Ha de dir 26 maig 1035.

Pág. 149, ralla 24 diu M. Hisp. p. 438. Ha de dir M. H. p. 438 i Bofarull, Cond. B.na I, p. 248.

Pág. 152, ralla últ. diu M. H. Ha de dir Ap. VI, bis. M. H.

Pág. 155, ralla 3 diu Lles? de Queralt (Aranza). Ha de dir i de Queralt.

Pág. 159, ralla 17 diu Es senyalen nou. Ha de dir Es senyalen per Tomich nou.

Pág. 160, ralla 2 diu blaus. Ha de dir blaus. M. H. col. 264.

Pág. 164, ralla 1 diu Urgell; qual. Ha de dir Urgell S. Ot. 20 mars 1119; qual.

Pág. 164, ralla 5 diu pág. 50. Ha de dir pág. 37 i 50.

Pág. 172, ralla 16 diu Gregori II. Ha de dir Gregori II, abad de Cruxá.

Pág. 175, ralla 3 diu d'Ix s'hi. Ha de dir d'Ix no s'hi.

Pág. 175, ralla 31 diu permet. Ha de dir podria.
Pág. 175, ralla 33 diu era. Ha de dir seria.
Pág. 179, ralla 25 diu muralla. Ha de dir muralla feta a finals del s. XIII.
Pág. 179, rall últ. diu sequia. Ha de dir sequia: de la del XII no hi ha vestigis.
Pág. 191, ralla 30 diu ponts. Ha de dir pous.
Pág. 199, ralla 17 diu Ap. XVIII. Ha de dir Llibre «Spital maior, fol. 1. Ap. XVIII.
Pág. 199, ralla 18, b) Oli. Ha de dir 18 abril 1358 b) Oli.
Pág. 199, ralla 25, diu P. D. Ha de dir P. D. Llibre «Mustasaph, fol. XXXI.
Pág. 199, ralla 27 diu 1206. Ha de dir 13 abril 1206.
Pág. 200, ralla 6 diu Ca de. Ha de dir P. D. Capbreu actes Hosp. maj. Ca de.
Pág. 200, ralla 20 diu 29 agost. Ha de dir 30 juliol.
Pág. 202, ralla 17 diu Ap. XX. Ha de dir M. H. col. 1395, Ap. XX.
Pág. 206, ralla 9 diu 1219. Ha de dir 1319.
Pág. 207, ralla 15 diu Prov. Ha de dir Priv.
Pág. 213, ralla 12 diu Quer. Ha de dir Quers.
Pág. 213, ralla 24 diu Anol. Ha de dir Auol.
Pág. 216, ralla 2 diu (Not). Ha de dir (Nat).
Pág. 228, ralla 6 diu hort. Ha de dir hort del Hosp. Maj.
Pág. 228, ralla 8 diu iouis iulii. Ha de dir iouis Kalendis iulii.
Pág. 231, ralla 20-21. Ha de dir R. Lobet. emancipació.
Pág. 236, ralla 4. Ha de dir P. de Luerteres: credit.
Pág. 266, ralla 6 diu S Jaume. Ha de dir S. Mamert.
Pág. 266, ralla 17 diu yameti. Ha de dir mamerti.
Pág. 282, ralla ult. diu Ap. XLC. Ha de dir Ap. XLI.
Pág. 287, ralla 9 diu S. Bartomeu. Ha de dir S. Bartomeu, Hospital de Pobres.
Pág. 288, ralla 12 diu altres. Ha de dir tres.
Pág. 288, ralla 15 diu indret estavan. Ha de dir indret, dins la muralla i portal d'Ix. estavan.
Pág. 290, ralla 20 diu 19 març. Ha de dir 14 març.
Pág. 294, ralla 9 diu Anol. Ha de dir Auol.
Pág. 295, ralla 2 diu Anol. Ha de dir Auol.
Pág. 322, ralla 24 diu Desaparescut... Ha de dir Es de 31 agost 1512.
Pág. 338, ralla 21 diu costelles i algun. Ha de dir l'esternón i un.

Pág. 360, ralla 14 diu Bernat. Ha de dir Ramón.
Pág. 371, rala 3 i 4 diu Lozano. Ha de dir Lorano.
Pág. 373, ralla 4 diu anol. Ha de dir auolt.
Pág. 375, ralla 4 diu Parlament. Ha de dir Comte de Foix: parlament.
Pág. 389. ralla 21 i 23 diu Santeguel. Ha de dir Sauteguel.
Pág. 391, ralla 7 i 8 diu Es troba. Ha de dir Salteguel-vestigis.—Es troba.
Pág. 414, ralla 28 diu inuare. Ha de dir iuuare.
Pág. 116, ralla 14 diu 1187. Ha de dir 1287.
Pág. 421, ralla 15 diu 1287-98. Ha dir 1287-88.
Pág. 430, ralla 12 diu 4 març. Ha de dir 2 agost.
Pág. 430, ralla 16 diu LXXVIII. Ha de dir LXXVII.
Pág. 445, ralla 21 diu Tascher. Ha de dir castri.
Pág. 445, ralla ult. Ha de dir Ap. LXXV.
Pág. 448, ralla 14 diu consols. Ha de dir B. Tascher, G. Cebolera, Pere de Ur; B. de Isogoll, consols.
Pág. 451, ralla 9 diu Ap LXXXX. Ha de dir Ap. LXXXI.
Pág. 454, ralla 20 i 21. Ha de dir Carrers.
Pág. 462, ralla 12 diu XIII. Ha de dir XV.
Pág. 481, ralla 24 diu 476. Ha de dir 676 (respective fins a n.° 721).
Pág. 484, ralla 34 diu pag. 159. Ha de dir pág. 151.
Pág. 508, ralla 21 diu 1276. Ha de dir 1206.
Pág. 510, ralla 13 diu Siquis. Ha de dir 698. Siquis.
Pág. 511, ralla 14 diu n.° 325. Ha de dir n.° 235.
Pág. 526, ralla 2 diu Sarxo. Ha de dir Sanxo.
Pág. 580, ralla 29 i 30. Ha de dir XXXIII p. 235 n. 287 Puigcerdá: batllia.
Pág. 580, ralla 30 diu XXXIII. Ha de dir XXXIV.
Pág. 535, ralla 1 diu XXXIV. Ha de dir XXXIV bis.
Pág. 547, ralla 33 diu Umfreti. Ha de dir Umfret i.
Pág. 547, ralla 34 diu Get. Ha de dir Ger.
Pág. 620, ralla 15 diu 1235. Ha de dir 1285.
Pág. 622, ralla 14 diu Notum. Ha de dir 758. Notum.

Pág. 71 ralla 8-10, diu: els noms de Galicza i Aragalicza, ço es, Ara o temple de Galicza, donats als llocs avui nomenats; Ha de dir: el nom de Aragalicza, ço es, Ara o temple de Galicia donat al lloc avui nomenat

Pág. 151 diu: Galliça; Ha de dir: Galliçá de Talló.

Pág. 152 ralla 7-10, diu: L'alou de la torre d'en Guilabert situada a Galliça deixa entreveure que el nom d'aquella encontrada prové de St. Jaume de Galicia i que el d'Aragolisa no es sino el pres del célebre... Ha de dir: L'alou aquest de Galliçá, nom derivat dels galls salvatges, abundants en la comarca (es despren del capbreu del comte Berenguer IV, n.º 485 pág. 494), no's deu confondre am la torre de'n Gilabert situada a Rigolisa, qual paraula deixa entreveure que'l nom d'aquesta encontrada prové de Sant Jaume de Galicia i que'l nom d'Aragolisa no es sino l'abreviat pres del célebre...

Pág. 211 ralla 19, diu: 1242. Ha de dir: 1243

Pág. 212 ralla 2, diu: 1242. Ha de dir: 1243

Pág. 256 ralla 7 i 9, diu: pebre. Ha de dir: *piperis*

Pág. 511 ralla 13, diu: doc. 495. Ha de dir: doc. 495 i Constitucions de Catalunya, a. 1704, p. 495.

Pág. 511 ralla 25, diu: Thelone. Ha de dir: tollone.

Pág. 512 ralla 10, diu: vel femina. Ha de dir: uel femine non faciatis nec respondeatis de ullo seruicio uel censu nec de ulla alia re quam ullus homo uel femina

Pág. 512 ralla 23, diu: bovis. Ha de dir: vobis

Pág. 512 ralla 31, diu: bovis restituat et per hoc. Ha de dir: vobis restituat et propter hec

Pág. 512 ralla 33, diu: Propterea. Ha de dir: Preterea

Pág. 512 ralla 33 diu: habendas et. Ha de dir: habendas et terminatim omnes illos qui ad dictum mercatum uenerint et firam cum omnibus rebus suis in nostra speciali defensione custodia et seucuroducatu. Ita quod nullus sit ausus uobis nec illis nec rebus uestris dampnum aliquod uel iacturam inferre nec alicubi detinere nec impedire in aliquo loco terre nostre. Supradictam autem franquitatem et decretum per nos et nostros facimus uobis et uestris et omni generacioni et posteritate uestre in perpetuum sicut melius dici et intelligi potest ad uestram uestrorumque uoluntatem. Verum retinemus nobis et nostris per omnia loca omnes iusticias et Chaualgatas quocumque uel quocienscumque per nos uel per literas aud nuncios nostros eas uobis facere mandauerimus et census consuetos quos nostris antecessoribus antiquitus dare et facere est siue

ffuit repertum. Concedimus eciam uobis et uestris *(segueix* in dicto podio... de pág. 513, ralla 1).

Pág. 513 ralla 4, diu: aud. Ha de dir: nec

Pág. 513 ralla 5, diu: ne. Ha de dir: unde

Pág. 513 ralla 16, diu: oliverio. Ha de dir: oliuario

Pág. 513 ralla 17, diu: Postella. Ha de dir: portella

Pág. 513 ralla 18, diu: Traueseriis. Ha de dir: traueseras

Pág. 513 ralla 18, diu: Liuerre. Ha de dir: yauerre

Pág. 513 ralla 20, diu: Raimundi. Ha de dir: B.

Pág. 513 ralla 21, diu: D. Hungria. Ha de dir: D. de hungria

Pág. 513 ralla 21, diu: Ballistarri. Ha de dir: balisterii.

Pág. 513 ralla 25, diu: Mandati ejus cartam scribi et signum. Ha de dir: Mandato eius hanc cartam scribi et sigillum

7 mars 1190. Monestir de Ripoll, I: cens de Prouenca.

819—[1]In ihu cristi nomine Ego Bernardus riuipollen dispensator dono tibi berengario de maczana et[2]uxori uestre et omni posteritati uestre in perpetuum et tibi Geraldo de prouencha et petrone uxori uestre et[3]omni posteritati uestre in perpetuum locum unum riere in ipsa uestra riparia de prouencha. in loco qui dicitur[4]bulidor in quo faciatis molendinum draper et habeatis illud cum rego et resclosa [5] ibi possitis et mutetis in eodem loco ipsum nostrum molendinum blader de prouencha[6]et abeatis illa uos et omnis uestra posteritas in perpetuum cum omnibus aquis et gleuariis et[7]aquariis. et cum omnibus que molendino sint necessaria que ibi facere possitis et de(inde)[8]faciatis de ipso molendino blader beate marie consuetum usaticum. et habeatis (dictum)[9]molendinum draper medium per medium. et donetis de ipso annuatim omni tempore pro censu (.III.)[10]solidos e mig barchin. mediante augusto beate marie riuipollen (1). Quod si molendinum draper[11] de prouencha pro iam dicto molendino draper destructum fuerit. donetis beate marie[12]annuatim me(diante augusto). III. sol. barchin. pro supradicto molendino draper in perpe [13]tuum sol et domidium. Pro qua donacione accipio. a uobis. VI. sol. barch[41] in parrochia Si martini de campeiles. Si quis autem hanc cartam[15] et dupliciter restauret. Que sunt acta. VII°. idus marcii. Anno a na[16] (tiuitate dni) M. C.° LXXX.° VIIII. Regni regis philippi VIIII.

[16]Sig + num berengarii de mazcana. Sig + num marie uxoris eius. Sig + num geraldi de prouencha. Sig + num [17]perone uxoris eius. Sig + num petri filius eorum qui alter ad alterum hoc attendere et tenere promitimus [18]Sig + num Bernardi dispensatoris. Arnallus qui hanc cartam scripsit+.

(1) Vegis en el document seguent, ço es de 17 agost 1191, com es aqueix cens instituit per celebrá la festa de la Assumpció de Maria Stma.

17 agost 1191. II: festa de la Assumpció B. M. V.

820[1].—In xpi nomine et eius diuina gratia. Ego Raimundus. dei gratia riuipollensis abbas. assensu et[2]precibus fratris nostri Bernardi siqui dispensatoris. constituo ut omni tempore annuatim. in die[3]assumpsionis beate Marie. dispensator maior donet et ministret. V. oua. frixa et. II.as un[4]cias piperis. fratribus. et deuotis. et mandato. et ebdomadario si petri et tribus comitibus. ob honorem[5]tante festiuitatis. Et hec generalis institucio detur semper de tribus. sol. et medio. quos prefatus[6]frater noster Bernardus. dispensator. dare instituit. annuatim. in assumpcione beate Marie. in molendino[7]draper. quod ipse nouiter construxit. in loco qui dicitur bulidor. in riparia de prouenca. cum Berengario[8]de mactzana. et geraldo de prouenca (1) et de tribus. solidis. quos isdem frater Bernardus. auxit in molendino[9]draper quod construxit in plana de prouenca. cum uoluntate gilelmi de obedel. et gilelmi de torrente[10] sicut in kartis inde factis. inter nos et illos scribitur. Et ut firmiter et irreuocabiliter[11]permaneat. hec noua et gaudens institucio. Ego Raimundus prefatus. abbas. in uirtute spiritus sancti[12]cum omni riuippollensi congregacione. pono sub uinculo excomunicationis. illum quicumque[13]qualicumque temeritate hanc institucionem mutare. siue anichilare uoluerit.[14]Actum est hoc. XVI. Kls. septembris. Regnante philippo rege. XII. annno ab incarnatione[15]domini nostri ihu xi M.° C.° XC.° I.° Raimundus abbas+. Sig + num Benedicti prioris.[16]Sig + num Bernardi dispensatoris. Sig + num Petri sacriste maioris.[17]Sig + num Berengarii monachi. Sig+num Berengarii monachi.[17]Sig + num Stephani operatoris. Sig + num geraddi de teracea. Sig + num Petri prepositi ausone[18]. Sig + num Petri infirmarii. Sig + num Geraldi siqui prioris pauiciarensis[19]Sig + num Artalli monachi. Sig + num Raimundi monachi. Sig + num R. monachi[20]Sig + num Carbonelli monachi. Sig + num Guilelmi monachi. Sig + num Guilelmi monachi.

[21]Petrus monachus et sacerdos qui hanc cartam rogatus scribsit sub die et anno dictis + supra.

---

(1) Vegis document anterior, so es de 7 mars 1190.

5 gener 1206. III: Ramón de Cervera, llantia, confrátera.

821[1].—Notum sit omnibus quod Ego Raimundus de ceruaria. ueniens. in riuipollense monasterium[2]pecii coram omni conuentu ab eodem ipso conuentu. ut mi participem et fratem et socium[3]facerent suarum oracionum. et missarum. et psalmodie. et helemosinarum. et omnium beneficiorum[4]suorum spiritualium et corporalium. in uita et in morte. usque in eternum. quod mi libenter concesserunt.[5] Vnde ego statim obtuli atque deuoui deo et altari beate Marie eiusdem monasterii. XV. sol.[6]unde lampada una ardeat. pro anima mea et parentum meorum. die noctuque. ante altare Sancte[7]Marie predicte. quos annuatim ad natale domini dabit prior ceruariensis sacriste qui oleum tenu-[8] erit. et lampadem accenderit. Vnde ego dono et asigno ei honorem unde hoc faciat. Preterea[9]pro dei amore et salute anime mee et parentum meorum suscipio in tutela et defensione[10]nostra omnem honorem ipsius monasterii et omnes mobiles et inmobiles ipsius ubicumque sint[11]et fuerint. secundum posse meum. Et ego Raimundus dei gratia riuippullis abbas. omnisque conuentus[12]mi commissus. donamus atque concedimus tibi Raimundo de ceruaria partem et societatem et fraterni[13]tatem in nostro monasterio in omnibus psalmodiis et missarum solempniis. et helemosinis et orationi[14]bus que ibi facte fuerint deo acceptabilibus et in omnibus beneficiis spiritualibus et corporalibus. sicut [15]uni ex fratribus nostris in uita et in morte usque in eternum. Actum est hoc. nonis ianuarii. Anno[16]ab incarnacione x.i M.° CC.° V. Sig + num Raimundi de ceruaria. qui hoc donum facio laudo[17]atque concedo. et firmo. firmarique rogo. Sig + num. Poncii de concabela. Sig + num[18] Poncii de solario.

[19]Sig + num Berengarii prioris. Sig + num Petri infirmarii[20]Sig + num Arnalli bergitanensis prepositi. Sig + num Bertrandi de podiolo.

[21]Sig + num Raimundi cellararii. Sig + num geraldi de terace.

28 mars 1221. IV: Wg de Mataplana, elecció de sepultura.

822.[1]—Notum sit cunctis quod ego. Wgo de mataplana iunior et uxor mea Elicsendis compuncti dei amore eligimus sepulturam[2]nostram in monasterio riuippollen. et promitimus et iuramus in communi capitulo eiusdem quod numquam super hoc mutemus uoluntatem[3]nostram uel possimus mutare in alio loco nisi in eodem monasterio ubicumque nos mori contingat in toto regno isto.[4]nisi habitum religionis in sanitate nostra in districcioribus ordinibus uellemus suscipere. Et sic offerimus nos me[5]tipsos deo et beate marie monasterii riuippollen. Et nos frater Raimundus miseratione diuina dictus abbas riui[6]ppollen. omnisque conuentus nobis commissus donamus atque concedimus uobis Wgoni de mataplana uxorique uestre[7]domine Elicsendi partem et societatem et fraternitatem in nostro monasterio in omnibus psalmodiis et missarum sollemp[8]niis. et helemosinis et oracionibus que ibi facte fuerint deo acceptabilibus et in omnibus beneficiis spiritualibus[9]et corporalibus sicut uni ex fratribus, nostris in uita et in morte usque in eternum. Actum est hoc. V. Kls. aprilis Anno[10](ab incarnacione x.i M.°) CC.° XX.° Sig + num Wgonis de mataplana iunioris. Sig + num domine Elicsendis uxoris eius[11](qui hec firma)mus et laudamus et testes firmare rogamus. Sig + num Wgonis de mataplana maioris.

[12]Sig + num Raimundi de purcineas. Sig + num Bernardi de madiroles

[13]Sig + num Arnaldi de burulleo presbiteri et monachi qui hec rogatus (scripsi)

A. M. Fragment cartulari del Mon. de Ripoll. Perg. s. XIII.

XXII bis, pág. 212 n.° 243

6 gener 1243. Bellver: privilegis.

823.—Nouerint vniuersi quod Nos Iacobus Rex Aragonum... et dnus Montispesulani per nos et omnes nostros

Enfranchimus uos vniuersos homines[2]et singulos populatores siue habitatores in villa et podio de Belueer et successores uestros presentes et futuros in perpetuum cum omnibus bonis uestris habitis et habendis ab omni seruicio censu et usa[3]tico excepta hoste caualcata et eorum redempcione et iusticieriis. Diffinimus autem uobis et uestris in perpetuum. exorquiam intestiam et cuguciam. Concedimus uobis et uestris in perpetuum ut ligna montaneas et[4]aquas atque paschua habeatis francha et libera ibi et infra iuridiccionem nostram. Et aliquis qui habitator non sit uobiscum in dicta villa siue podio non uendat aliquid ad tallium nec teneat tabulam[5]et carnilacium. singulis septimanis habeatis et teneatis ibi in die martis mercatum. et similiter habeatis ibidem annuatim in festo pentacosten nundinas siue feriata per dies quindecim duraturam[6]vlterius si aliquis alicui uestrum iniuste malum faciet. possitis malefactorem illum compellere sine assensu baiuli uestri. donec malefacta et dampna uobis illata sint plenarie restituta. Et possitis debitores uestros extra villam commorantes compellere ad soluenda debita, nobis fatiga tamen primitus facta ter in nostrum locum tenentem. Et quilibet uestrum credatur usque ad summam Centum sol. si suum[7]ualebit Mille sol. Retinemus autem nobis et nostris in perpetuum bouaticum monetaticum furnos Leuas molendina facta et facienda. Volumus siquidem quod placitetis de decem diebus in decem[8]sicut est consuetum Barchinone. et caminum a sede vrgelli usque ad podium ceritanum transeat per dictum villam. Promittentes quod dictum podium siue villam aut aliquem ibi habitantem non[9]trademus alicui nec podium et villam et uos a nobis uel nostris successoribus diuidamus. Recipientes uos et omnia bona uestra habita et habenda ubique per dominacionem nostram eundo stando et redeundo[10]salue et secure sub nostra custodia guidatico et comenda et specialiter homines et feminas undecumque fuerint ad dictum mercatum et feriam uenientes et inde recedentes. Mandamus itaque vicariis baiulis[11]et nostris subditis, quatenus contra aliqua predictorum non ueniant nec aliquem uenire permitant. Datum perpiniano. VIII.° Idus Ianuarii Anno natiuitatis dni. M. CC. XL. Secundo

[12]Sig+num Iacobi dei gracia Regis Arag. Maioricarum et Valencie Comitis Barchin. et vrgelli et domini Montispli.—Testes sunt P. de moncate. B. Hug. de serralonga. Gaucerandus de pinos. Luper ex. de Lusia. A. Sardus.

[13]Sig + num Gellmora scribe qui mandato dni Regis hec scripsit Loco die et anno prefixis.
[14]fuit Regesta

Publicat en Alart, Priv. et Tit. pág. 166.

13 gener 1267. Bellver: muralla.

824.—[1]Nos Iacobus dei gracia Rex Maioricarum Comes Rossilionis et Ceritanie et dnus Montispli. volentes quod villa[2]et podium de belueer. claudatur muro et operietur turribus et vallibus. et aliis ad custodiam et deffen[3]sionem dicte ville et podii necessariis et predicta omnia fiant per homines dicte ville et podii et ter[4]minorum eiusdem et cum eorum expensis. Idcirco enffranchimus et franchos et liberos facimus vos[5]vniuersos homines ville et podii de belueer et terminorum eiusdem presentes et futuros a questia seu[6]questiis a festo scilicet Natalis domini proxime preterito usque ad tres annos primos venturos. Ita quod infra[7]dictos tres annos nullam questiam seu questias dare teneamini nobis uel nostris set inde sitis liberi penitus[8]et Inmunes. vobis in dicta opera hedificia seu construcciones facientibus ad nostri ordinacionem[9]et mandatum. Datum perpiniani. Idus. Ianurii anno dni. Milesimo. CC.° LX: sexto.

A. M. Pp. T.

13 gener 1277. Bellver: confirmació de consetuts

